

UNIVERSITY
OF
TORONTO
LIBRARY

LL
V439H

C. VELLEI PATERCULI

EX

HISTORIAE ROMANAE

LIBRIS DUOBUS

QUAE SUPERSUNT.

APPARATU CRITICO ADIECTO

EDIDIT

CAROLUS HALM.



LIPSIAE

IN AEDIBUS TEUBNERIANIS.

A. MDCCCLXXVI.

$$\begin{array}{r} 22499 \\ \hline 23 \overline{) 3192} \end{array}$$

Cum Beatus Rhenanus quae ex Vellei Patereuli historiae Romanae libris duobus supersunt anno fere MDXV. in bibliotheca monasterii Murbacensis invenisset, codicem ab amico quodam describendum curavit, ex quo apographo libri a. MDXX. Basileae ab operis Frobenianis typis expressi sunt. Eodem apographo, non ipso codice Murbacensi Bonifacium Amerbachium usum esse, cum ei praeceptor Rhenanus permisisset, ut libros recens inventos in suum usum describeret, D. A. Fechterus in libello inscripto *Die Amerbachische Abschrift des Velleius und ihr Verhältniss zum Murbacher Codex und zur Editio princeps* p. 52 sqq. argumentis firmissimis probavit. Cum tandem Rhenanus spe alterius codicis Velleiani inveniendi abiecta apographum a se correctum typhotetis tradidisset, codicem ipsum Murbacensem Basileam transmittendum curavit atque, ut ipse in epistula ad Spalatinum data scribit, iis, qui formulis castigandis in officina Frobeniana praeerant, praecepit, ut in corrigendo libro non solum apographum, sed etiam exemplum, ex quo descriptum erat, inspicerent. Sed, utcumque res accidit, libri ita typis exscripti sunt, ut vitiis omnis generis scaterent. Quod cum I. Albertus Burerius, amanuensis Rhenani, loco aliquo in codice ipso inspecto casu deprehendisset, totum codicem cum exemplo typis exscripto diligenter contulit atque in appendice editioni principi adiecta vitia a se detecta emendavit. Rhenanus ipse casu infelici vehementer commotus, re non accuratius inspecta aut apographo, quod operis Frobenianis traditum erat, ut fere fit iam deleto, omnem negligentiae culpam amico suo, qui exemplum Murbacense 'properanter atque infeliciter' descripsisset, tribuendam esse existimavit. Sed hoc iudicium iniquius esse, in dissertatione musei

rhenani volumini tricesimo p. 535 sq. inserta demonstrasse mihi videor. Nam cum apographum Amerbachii ex eodem exemplo, quod operis Frobenianis ad manus erat, descriptum sit, fere divinare possumus, quae nova vitia in editione principe partim typothetarum partim Rhenani ipsius culpa in orationem Velleianam inlata sint. Quodsi exemplum, quo usus est Amerbachius, non iam foede corruptum erat, illud sequi videtur, Amerbachio maiorem fidem habendam esse quam vulgo solet. Idem inde intellegitur, quod omnes fere scripturae optimae notae, quas Burerius ex codice protulit, eadem in apographo Amerbachiano inveniuntur. Ex eius exemplo illud quoque mihi quidem perspicue elucere videtur, Burerium, quamquam non modo versus cum versibus, sed litteras cum litteris se contulisse adfirmat, multas bonas lectiones silentio transmisisse, id quod in dissertatione supra memorata mihi docuisse videor. Num ipse in diiudicando quae lectiones ab Amerbachio traditae fidem habeant necne rectam viam ingressus sim, aliorum erit iudicium. Quod autem recentiorum curas attinet, scite Madvigius in *Adversariorum criticorum* vol. II. p. 298 iudicasse videtur, Vellei libros edituro id potius agendum esse, ut bonis a superioribus inventis recte utatur, quam in novis reperiendis se torqueat. Rerum indicem novum confecimus, quem legentium usui paulo commodiorem quam priores visum fore confidimus.

Scrpsi Monachii mense Septembri a. 1875.

Carolus Halm.

C. VELLEI PATERCULI
HISTORIAE ROMANAE
AD M. VINICIUM COS.

LIBRI DUO.

LIBER PRIOR.

1. * * *Epeus* tempestate distractus a duce suo Nestore Metapontum condidit. Teucer, non receptus a patre Telamone ob segnitiam non vindicatae fratris iniuriae, Cyprum adpulsus cognominem patriae suae Salamina constituit. Pyrrhus, Achillis filius, Epirum occupavit, Philippus Ephyram in Thesprotia. at rex regum Agamemnon tempestate in Cretam insulam reiectus tres ibi urbes statuit, duas a patriae nomine, unam a victoriae memoria, Mycenae, Tegeam, Pergamum. idem mox scelere patruelis fratris Aegisthi, hereditarium exercentis in eum odium, et facinore uxoris oppressus occiditur. regni potitur Aegisthus per annos septem. hunc Orestes matremque socia con-

A = apographum Amerlachi.

M = codex Murbacensis ex collatione Burseri.

P = editio princeps Basiliensis.

1 *Epeus* *supplendum esse Lycopius primus vidit* 4 cognomine P 5 Philippus P, em. Aldus Nepos 7 *Arctus* Drakenborch 9 Tegeam P 10 et 11 Aegisti — Aegisthus P

siliorum omnium sorore Electra, virilis animi femina, obtruncat. factum eius a diis comprobatum spatio vitae et felicitate imperii apparuit; quippe vixit annis nonaginta, regnavit septuaginta. quin se etiam a Pyrrho Acbillis filio virtute vindicavit. nam quod pactae eius Menelai atque Helenae filiae Hermiones nuptias occupaverat, Delphis eum interfecit. per haec tempora Lydus et Tyrrenus fratres cum regnarent in Lydia, sterilitate frugum compulsi sortiti sunt, uter cum parte multitudinis patria decederet. sors Tyrrenum contigit: pervectus in Italiam et loco et incolis et mari nobile ac perpetuum a se nomen dedit. post Orestis interitum filii eius Penthilus et Tisamenus regnavere triennio.

- 1 2. Tum fere anno octogesimo post Troiam captam, centesimo et vicesimo quam Hercules ad deos excesserat, Pelopis progenies, quae omni hoc tempore pulsus Heraclidis Peloponnesi imperium obtinuerat, ab Herculis progenie expellitur. duces recuperandi imperii fuere Temenus, Cresphontes, Aristodemus, quorum abavus fuerat. eodem fere tempore Athenae sub regibus esse desierunt, quarum ultimus rex fuit Codrus, Melanthis filius, vir non praetercundus. quippe cum Lacedaemonii gravi bello Atticos premerent respondissetque Pythius, quorum dux ab hoste esset occisus, eos futuros superiores, deposita veste regia pastoralem cultum induit, immixtusque castris hostium, de industria rixam ciens, imprudenter interemptus est.
- 2 Codrum cum morte aeterna gloria, Athenienses secuta victoria est. quis cum non miretur, qui iis artibus mortem quaesierit, quibus ab ignavis vita quaeri solet? huius filius Medon primus archon Athenis fuit. ab hoc posteri

4 quin *Wopkens*: qui *P*, quis (quibus) *alii* 5 ei *Aldus*
 12 Penthelus *P*, *cm. Ursinus* 18 Temenus *P* 19 abavus *Scaliger*: atavus *P* 20 fere *M*: ferme *P* 26 de industria imprudenter *P*, *impr. transposuit Acidalius* (imprudenter, de industria *Orelli*) || r. ciens *Burcrius*: rixam. incies *M* (rixanincies *P*) 28 his *P*

apud Atticos dicti Medontidae: sed hic insequentisque archontes usque ad Charopem, dum viverent, cum honorem usurpabant. Peloponnesi digredientes finibus Atticæ Megara, mediam Corintho Athenisque urbem, condiderunt. 1 ea tempestate et Tyria classis, plurimum pollens mari, 4 in ultimo Hispaniæ tractu, [in] extremo nostri orbis termino, in insula circumfusa Oceano, perexiguo a continenti divisa freto, Gadis condidit. ab iisdem post paucos annos in Africa Utica condita est. exclusi ab Herachidis Orestis 10 liberi iactatique cum variis casibus tum sævitia maris quinto decimo anno sedem cepere circa Lesbium insulam.

3. Tum Græcيا maximis concussa est motibus. Achæi 1 ex Laconica pulsati eas occupavere sedes, quas nunc obtinent: Pelasgi Athenas commigravere, acerque belli invenis nomine Thessalus, natione Thesprotius, cum magna civium manu eam regionem armis occupavit, quæ nunc ab eius nomine Thessalia appellatur, ante Myrmidonum vocitata civitas, quo nomine mirari convenit eos, qui Iliaca com- 2 ponentes tempora de ea regione ut Thessalia commemorant. 13 quod cum alii faciant, tragici frequentissime faciunt, quibus minime id concedendum est; nihil enim ex persona poetæ, sed omnia sub eorum, qui illo tempore vixerunt, disserunt. quod si quis a Thessalo Herculis filio eos appellatos Thessalos dicit, reddenda erit ei ratio, cur nunquam ante hunc insequentem Thessalum ea gens id nominis usurpaverit. paulo ante Alates, sextus ab Hercule, 5 Hippotis filius, Corinthum, quæ antea fuerat Ephyre, claustra Peloponnesi continentem, in Isthmo condidit. neque est quod miremur ab Homero nominari Corinthum; nam 2 ex persona poetæ et hanc urbem et quasdam Ionum

1 hic Sævus: hii P. 3 Peloponnesi P. 4 Megaras P, em. Heinsius. 6 in dit. Rosk. 7 in insula circumfusa . . . divisa Lipsius: insula circumfusam . . . divisa P, insulam circumfusam etc. vulgata. 11 bello Græcico. 23 disserunt Orelli: dixerunt P, dixerunt Clodius. 25 sextus P, quinto Lipsius.

colonias iis nominibus appellat, quibus vocabantur aetate eius, multo post Ilium captum conditae.

1 4. Athenienses in Euboea Chalcida et Eretriam co-
 lonis occupavere, Lacedaemonii in Asia Magnesiam. nec
 multo post Chalcidenses orti, ut praediximus, Atticis 5
 Hippocle et Megasthene ducibus Cumas in Italia condide-
 runt. huius classis cursum esse directum alii columbae
 antecedentis volatu ferunt, alii nocturno aeris sono, qua-
 2 lis Cerealibus sacris cieri solet. pars horum civium magno
 post intervallo Neapolim condidit. utriusque urbis eximia 10
 semper in Romanos fides facit eas nobilitate atque amoe-
 nitate sua dignissimas. sed illis diligentior ritus patrii
 mansit custodia, Cumanos Osca mutavit vicinia. vires
 autem veteres earum urbium hodieque magnitudo ostentat
 3 moenium. subsequenti tempore magna vis Graecae iuven- 15
 tutis abundantia virium sedes quaeritans in Asiam se effu-
 dit. nam et Iones duce Ione profecti Athenis nobilissi-
 mam partem regionis maritimae occupavere, quae hodieque
 appellatur Ionia, urbesque constituere Ephesum, Miletum,
 Colophona, Prienen, Lebedum, Myuntem, Erythram, Clazo- 20
 menas, Phocaeam, multasque in Aegaeo atque Icario occu-
 pavere insulas, Samum, Chium, Andrum, Tenum, Parum,
 4 Delum aliasque ignobiles. et mox Aeolii eadem profecti
 Graecia longissimisque acti erroribus non minus illustres
 obtinuerunt locos clarasque urbes condiderunt, Smyrnam, 25
 Cymen, Larissam, Myrinam Mytilenenque et alias urbes,
 quae sunt in Lesbo insula.

3 Chalcida (Chalcide *aliquot exempla edit. P*) Erethriam
P, copulam addidit Gelenius 4 Asiam ac Nesiam *P*
 6 Megestene *P* 12 sed aliis *P, em. Ruhk.* 15 graecae
M: Graeciae P 16 virorum *Burman* 20 Myuntem,
 Teum *G. Vossius* | Erythras *Kritz* 22 Pharum *P* 23 ex
 eadem *Madvig, cf. tamen 2, 62, 3* profecti urbe atque Italia
 25 *immo Zmyrnam, ut est 2, 69, 1* 26 Mytilenemque *P,*
 Mitylenenque *Ruhk., cf. 2, 53, 2* | urbes *inclusit praecedente*
Grutero Ruhk.

5. Clarissimum deinde Homeri inluxit ingenium, sine 1
 exemplo maximum, qui magnitudine operis et fulgore 2
 carminum solus appellari poeta meruit; in quo hoc maxi- 2
 mum est, quod neque ante illum, quem ipse imitaretur, 2
 neque post illum, qui eum imitari posset, inventus est. 2
 neque quemquam alium, cuius operis primus auctor fue- 2
 rit, in eo perfectissimum praeter Homerum et Archilochum 2
 reperiemus. hic longius a temporibus belli, quod com- 2
 posuit, Troici, quam quidam ventur, abfuit; nam ferme 2
 10 ante annos nongentos quinquaginta floruit, intra mille 2
 natus est. quo nomine non est mirandum, quod saepe 2
 illud usurpat: *οἷοι γὰρ βγοτοί εἶσιν*; hoc enim ut ho- 2
 minum, ita saeculorum notatur differentia. quem si quis 2
 caecum genitum putat, omnibus sensibus orbis est.

15 6. Insequenti tempore imperium Asiaticum ab As- 1
 syriis, qui id obtinuerant annis mille septuaginta, trans- 1
 latum est ad Medos, abhinc annos ferme octingentos septua- 2
 20 ginta. quippe Sardanapalum eorum regem mollitiis fluen- 2
 tem et nimium felicem malo suo, tertio et tricensimo loco 2
 ab Nino et Semiramide, qui Babylona condiderant, natum, 2
 ita ut semper successor regni paterni foret filius, Arbaces 2
 Medus imperio vitaeque privavit. ea aetate clarissimus Grai 3
 nominis Lycurgus Lacedaemonius, vir generis regii, fuit 3
 severissimarum iustissimarumque legum auctor et discipli- 3
 25 nae convenientissimae viris, cuius quam diu Sparta diligens 3
 fuit, excelsissime floruit. hoc tractu temporum ante annos 4
 quinque et sexaginta quam urbs Romana conderetur, ab 4
 Elissa Tyria, quam quidam Dido autumant, Carthago con- 4
 dicitur. circa quod tempus Caranus, vir generis regii, unde- 5
 30 cimus ab Hercule, profectus Argis regnum Macedoniae

4 *quem ille P 5 possit, em. Ablus 12 οἷοι — εἶσιν
 supplevit Ursinus 17 ΒΟΥΛΙΑ Lipsius; ΒΟΥΛΙΑ P 18 tri-
 censimo M: trecentesimo P 21 Arbaces G Fabricius et
 alii: Pharnaces P 25 viri Lipsius: vir P, virtuti Nic-
 Heinsius 29 Taronius P, em. Gelenius | (vir generis regii)
 Lipsius | undecimus Wesseling: sextus decimus P

occupavit; a quo Magnus Alexander cum fuerit septimus decimus, iure materni generis Achille auctore, paterni
 6 Hercule gloriatus est. [Aemilius Sura de annis populi Romani: Assyrii principes omnium gentium rerum potiti sunt, deinde Medi, postea Persae, deinde Macedones; 5 exinde duobus regibus Philippo et Antiocho, qui a Macedonibus oriundi erant, haud multo post Carthaginiensi subactam devictis summa imperii ad populum Romanum pervenit. inter hoc tempus et initium regis Nini Assyriorum, qui princeps rerum potitus est, intersunt anni MDCCCXCV.] 10

1 7. Huius temporis aequalis Hesiodus fuit, circa centum et viginti annos distinctus ab Homeri aetate, vir perelegantis ingenii et mollissima dulcedine carminum memorabilis, otii quietisque cupidissimus, ut tempore tanto viro, ita operis auctoritate proximus. qui vitavit, ne in 15 id quod Homerus incideret, patriamque et parentes testatus est, sed patriam, quia multatus ab ea erat, contumeliosissime. dum in externis moror, incidi in rem domesticam maximique erroris et multum discrepantem auctorum opinionibus: nam quidam huius temporis tractu aiunt 20 a Tuscis Capuam Nolamque conditam ante annos fere octingentos et triginta. quibus equidem adsenserim: sed M. Cato quantum differt! qui dicat Capuam ab eisdem Tuscis conditam ac subinde Nolam; stetisse autem Capuam, antequam a Romanis caperetur, annis circiter du- 25 centis et sexaginta. quod si ita est, cum sint a Capua capta anni ducenti et quadraginta, ut condita est, anni sunt fere quingenti. ego, pace diligentiae Catonis dixerim, vix crediderim tam mature tantam urbem crevisse floruisse, concidisse resurrexisse. 30

1 8. Clarissimum deinde omnium ludicrum certamen et ad excitandam corporis animique virtutem efficacissimum

3—10 Aemilius Sura etc. haec inducenda esse primus vidit P. Delbenius 6 quia P 9 Nisi P 10 potitust Mommsen (mus. Rh. 16, 283): potitus P 16 inciderat P, em. Gelcius 19 maximeque P

Olympiorum initium habuit, auctorem Iphitum Elum. is
 eos ludos mercatumque instituit ante annos, quam tu,
 M. Vinici, consulatum inires, DCCCXXIII hoc sacrum 2
 eodem loco instituisse fertur abhinc annos ferme mille
 5 ducentos quinquaginta Atreus, cum Pelopâ patri funebres
 ludos faceret, quo quidem in ludicro omnisque generis
 certaminum Hercules victor extitit. tum Athenis perpetui 3
 archontes esse desierunt, cum fuisset ultimus Alcmaeon,
 coeperuntque in denos annos creari: quæ consuetudo in
 10 annos septuaginta mansit ac deinde annuis commissa est
 magistratibus res publica. ex iis, qui denis annis præ-
 fuerunt, primus fuit Charops, ultimus Eryxias, ex annuis
 primus Creon. sexta olympiade post duo et viginti annos 4
 quam prima constituta fuerat, Romulus, Martis filius, ultus
 15 iniurias avi Romam urbem Parilibus in Palatio condidit.
 a quo tempore ad vos consules anni sunt septingenti octo-
 ginta unus: id actum post Troiam captam annis quadrin-
 gentis triginta septem. id gessit Romulus adiutus legioni- 5
 bus Latinis avi sui; libenter enim iis, qui ita prodiderunt,
 20 accesserim, cum aliter firmare urbem novam tam vicinis
 Veientibus aliisque Etruscis ac Sabinis cum imbelli et pa-
 storali manu vix potuerit, quamquam eam asylo facto inter 6
 duos lucos auxit. hic centum homines electos appellatos-
 que patres instar habuit consilii publici. hanc origi-
 25 nem nomen patriciorum habet. raptus virginum Sabinu-
 rum * * *

Nec minus clarus ea tempestate fuit Miltiadis filius
 Cimon.

1 Olympicum Acidalius 3 DCCCXXIII Laurent, DCCCXXIII
 Krause, dissentit Mommsen in ed II Hase, p VII 5 p
 tris P 6 omnis Gelenius 12 Eryxias Mæcius: Erix P
 13 duos ed. Bypont. (i. e. Crollius) 16 DCCCCLXXXI P,
 em. Laurent 19 Latini P, em. Lapsius | hic P 22 cum
 Heinsius: iam P 25 verba raptus virg. Sab. raptus est ali-
 cuius librarii nota marginali interiecta censet 26 Nec — Cimon |
 haec servavit Priscianus VI, 68 p 248 Hertz

1 9. * * * quam timuerat hostis, expetit. nam biennio
 adeo varia fortuna cum consulibus conflixerat, ut plerum-
 que superior fuerit magnamque partem Graeciae in socie-
 2 tatem suam perduceret. quin Rhodii quoque, fidelissimi
 antea Romanis, tum dubia fide speculati fortunam pronio- 5
 res regis partibus fuisse visi sunt; et rex Eumenes in
 eo bello medius fuit animo, neque fratris initiis neque
 3 suae respondit consuetudini. tum senatus populusque Ro-
 manus L. Aemilium Paulum, qui et praetor et consul
 triumphaverat, virum in tantum laudandum, in quantum 10
 intellegi virtus potest, consulem creavit, filium eius Pauli,
 qui ad Cannas quam tergiversanter perniciosam rei publicae
 4 pugnam inierat, tam fortiter in ea mortem obierat. is
 Persam ingenti proelio apud urbem nomine Pydnam in
 Macedonia fusum fugatumque castris exiit deletisque eius 15
 copiis destitutum omni spe coëgit e Macedonia profugere,
 quam ille linquens in insulam Samothraciam perfugit templi-
 que se religioni supplicem credidit. ad eum Cn. Octavius
 praetor, qui classi praeerat, pervenit et ratione magis
 5 quam vi persuasit, ut se Romanorum fidei committeret. 20
 ita Paulus maximum nobilissimumque regem in triumpho
 duxit. quo anno et Octavii praetoris navalis et Anicii
 regem Illyriorum Gentium ante currum agentis triumphii
 6 fuere celebres. quam sit adsidua eminentis fortunae comes
 invidia altissimisque adhaereat, etiam hoc colligi potest, 25
 quod cum Anicii Octaviique triumphum nemo interpellaret,

1 hic incipit A; lacunam sic explendam censebat Haase:
 quorum iniuriarum populus Ro. poenam tardius quam timuerat
 hostis expetit (expetiit) 3 fuerit P: fuit MA, foret Acid.

4 perduxerit Lips. | quin Gelenius: quib. (quibus P) AP

5 antea MA: ante P | primores A 7 [fuit] Heinsius

11 cons. creavit om. A 13 mortem P: morte MA

14 Persen infra 1, 11, 1 | Pidnam A 17 perfugit Crusius
 (Probab. crit. p. 116): profugit AP 22 Octavi AP et sic
 saepius in his genericis 22 et 26 Anicii A 23 agentis

Gelenius: agentium AP

fuere, qui Pauli impedire obtulerentur cuius tantum priores excessit vel magnitudine regis Persei vel specie simulacrorum vel modo pecuniae, ut, cum bis miliens centiens sestertium aerario intulisset, omnium actorum comparationem amplitudine vicerit.

10. Per idem tempus, cum Antiochus Epiphanes, 1 qui Athenis Olympicum inchoavit, tum rex Syriae, Ptolemaeum puerum Alexandriae obsideret, missus est ad eum legatus M. Popilius Laenas, qui inberet incepto desistere. 2 mandataque exposuit et regem deliberaturum se dicentem 3 circumscripsit virgula iussitque prius responsum reddere, quam egrederetur finito harenae circulo. sic cogitationem regiam Romana disiecit constantia oboeditumque imperio. Lucio autem Paulo Macedoniae victoriae compoti quattuor 4 filii fuere; ex iis duos natu maiores, unum P. Scipioni P. Africani filio, nihil ex paterna maiestate praeter speciem nominis vigoremque eloquentiae retinenti, in adoptionem dederat, alterum Fabio Maximo. duos minores natu praetextatos, quo tempore victoriam adeptus est, habuit. is 5 cum in contione extra urbem more maiorum ante triumphi diem ordinem actorum suorum commemoraret, deos immortalis precatus est, ut, si quis eorum invideret operibus ac fortunae suae, in ipsum potius saevirent quam in rem publicam. quae vox veluti oraculo emissa magna parte 6

1 connterentur *Heinsius* 2 priores (-rit A) AP 3 cum *abl. Cladius* 4 *intulisset: ventulerit hōv et AP, in aerarium cum intulisset *Frolich* | omnium *om A* 7 Olympicum AP, *em. Sylburg* | cum A | rex *Aldus*: regem AP | Ptolomaeum A, *item alius* 9 M. | *immo C.* | Popilius *Kreyssig* 10 et P: ut A, mandataque ut exposuit, regem *Haase* 12 conetationem *Acubilius* 13 obeditumque P (non A) 14 Macedoniae *Ruhnken*: magna AP | compoti AP | quattuor P 15 duo A, *sed v.* 18 duo 19 dani habuit *Ruhnken*. | *Istam in A* 20 ante triumphum triumphum *hoc voc. expunctum* diem A 21 in ordinem A | actorum *MA*: suorum actorum P 23 saevirent A

eum spoliavit sanguinis sui: nam alterum ex suis, quos
 in familia retinuerat, liberis ante paucos triumphi, alterum
 6 post pauciores amisit dies. aspera circa haec tempora
 censura Fulvii Flacci et Postumii Albini fuit: quippe
 Fulvii censoris frater, et quidem consors, Cn. Fulvius 5
 senatu motus est ab iis censoribus.

1 11. Post victum captumque Persen, qui quadriennio
 post in libera custodia Albae decessit, Pseudophilippus a
 mendacio simulatae originis appellatus, qui se Philippum
 regiaeque stirpis ferebat, cum esset ultimae, armis occu- 10
 pata Macedonia, adsumptis regni insignibus brevi temeri-
 2 tatis poenas dedit: quippe Q. Metellus praetor, cui ex
 virtute Macedonici nomen inditum [erat], praeclara victoria
 ipsum gentemque superavit, et immapi etiam Achaeos re-
 3 bellare incipientis fudit acie. hic est Metellus Macedonicus, 15
 qui porticus, quae fuerunt circumdatae duabus aedibus
 sine inscriptione positae, quae nunc Octaviae porticibus
 ambiuntur, fecerat, quique hanc turmam statuarum eque-
 strium, quae frontem aedium spectant, hodieque maximum
 4 ornamentum eius loci, ex Macedonia detulit. cuius turmae 20
 hanc causam referunt, Magnum Alexandrum impetrasse a
 Lysippo, singulari talium auctore operum, ut eorum equi-
 tum, qui ex ipsius turma apud Granicum flumen cecide-
 rant, expressa similitudine figurarum faceret statuas et
 5 ipsius quoque iis interponeret. hic idem primus omnium 25
 Romae aedem ex marmore in iis ipsis monumentis molitus
huius vel magnificentiae vel luxuriae princeps fuit. vix
 6 ullius gentis aetatis ordinis hominem inveneris, cuius felicitatem
 fortunae Metelli compares. nam praeter excellentis

1 ex iis *Aldus*, an liberis *glossema est?* 4 Postumii *P*
 7 quadriennium *P* (non *MA*) 11 adsumpti *AP* 13 erat
del. Gelenius, est *Vossius*, inditurus erat (sc. Pseudophilippus)
Mommsen ingeniose 15 incipientes *P* 16 fuerunt *A*:
 fuere *P* 17 positae (nunc . . . ambiuntur) *Ruhnken*
 21 imperasse Lysippo . . . auctori *Freinsheim*, item *Salmasius*
 23 Granium *A* 27 huius *add. Ruhnken*

triumphos honoresque amplissimos et principale in re publica fastigium extentumque vitae spatium et acris innocentisque pro re publica cum inimicis contentiones quattuor filios sustulit, omnis adultae aetatis vidit, omnis reliquit superstitis et honoratissimos. mortui eius lectum pro 7 rostris sustulerunt quattuor filii, unus consularis et censorius, alter consularis, tertius consul, quartus candidatus consulatus, quem honorem adeptus est. hoc est nimirum magis feliciter de vita migrare quam mori.

12. Universa deinde instincta in bellum Achaia, 1 cuius pars magna, ut praediximus, eiusdem Metelli Macedonici virtute armisque fracta erat, maxime Corinthiis in arma cum gravibus etiam in Romanos contumeliis instigantibus, destinatus ei bello gerendo consul L. Mummius 15 et sub idem tempus, magis quia volebant Romani, quid- 2 quid de Carthaginiensibus diceretur, credere, quam quia credenda adferebantur, statuit senatus Carthaginem excindere. ita eodem tempore P. Scipio Aemilianus, vir avitis 3 P. Africani paternisque L. Pauli virtutibus simillimus, 20 omnibus belli ac togae dotibus ingeniique ac studiorum eminentissimus saeculi sui, qui nihil in vita nisi laudandum aut fecit aut dixit ac sensit, quem Paulo genitum, adoptatum a Scipione Africani filio diximus, aedilitatem petens consul creatus est. bellum Carthagini iam ante 4 25 biennium a prioribus consulibus inlatum maiore vi intulit (cum ante in Hispania murali corona, in Africa obsidionali donatus esset, in Hispania vero etiam ex provocatione, ipse

2 extenuatumque AP, em. Gelenius 9 migrare A, emigrare Lion 10 deinde ut praediximus instincta AP, ut praed. post magna posuit Madvig Adv. II, 298 11 cetera pars . . . fracta Aldus; cum pars . . . tracta AP 12 Corinthiis A 14 L. abl. Stanger 16 Carthaginiensibus AP, ut fere semper diceretur M. dicebatur AP 'In ab alio quopiam additum videtur, nam non est chirographum scribitur veteris exempl.' Burerius 17 excedere AP 24 creatio bellum Vossius

modicus virium, inmanis magnitudinis hostem interemisset)
 5 eamque urbem magis invidia imperii quam ullius eius
 temporis noxiae invisam Romano nomini funditus sustulit
 fecitque suae virtutis monimentum, quod fuerat avi eius
 clementiae. Carthago diruta est, cum stetisset annis sex- 5
 centis septuaginta duobus, abhinc annos centum septua-
 6 ginta tris Cn. Cornelio Lentulo L. Mummio consulibus.
 hunc finem habuit Romani imperii Carthago aemula, cum
 qua bellare maiores nostri coepere Claudio et Fulvio con-
 sulibus ante annos ducentos nonaginta duos, quam tu, 10
 M. Vinici, consulatum inires. ita per annos centum et
 viginti aut bellum inter eos populos aut belli praeparatio
 7 aut infida pax fuit. neque se Roma iam terrarum orbi
 superato securam speravit fore, si nomen usquam stantis
 maneret Carthaginis: adeo odium certaminibus ortum ultra 15
 metum durat et ne in victis quidem deponitur neque ante
 invisum esse desinit quam esse desiit.

1 13. Ante triennium quam Carthago deleteretur, M. Cato,
 perpetuus diruendae eius auctor, L. Censorino M. Manilio
 consulibus mortem obiit. eodem anno, quo Carthago con- 20
 cidit, L. Mummius Corinthum post annos nongentos quin-
 quaginta duos, quam ab Alete Hippotis filio erat condita,
 2 funditus eruit. uterque imperator devictae a se gentis
 nomine honoratus, alter Africanus, alter appellatus est
 Achaicus; nec quisquam ex novis hominibus prior Mummio 25
 3 cognomen virtute partum vindicavit. diversi imperatoribus
 mores, diversa fuere studia: quippe Scipio tam elegans

2 ulla illius t. noxia *Salmasius et Gruterus* 4 monu-
 mentum *AP* (*non M*) 5 *DCLXXII Iani: DCLXVII P, DCLXVI A*
 6 *CLXXIII Kritz: CLXXVII M, CCLXXVII AP* 10 *CCXCI Lau-*
rent: CCXCVI AP 11 *CXX Iani: CXV AP* 13 *orbi A:*
orbe P 14 *nomen P: monitu (corr. ex mo) A teste Fechtero,*
monimentum Baiter 17 *invisa esse desiit Lipsius* 19 *M.*
Manilio Aldus: M. Manlio AP 21 *L. Rhenanus: a M, A*
AP 22 *ab Elete (a Belete P) Hipponis AP, em. Gelenius*
 23 *Seruit A | devictae eas gentis A* 26 *diuersis A*

liberalium studiorum omnisque doctrinae et auctor et admirator fuit, ut Polybium Panaetiumque, praecellentes ingenio viros, domi militiaeque secum habuerit. neque enim quisquam hoc Scipione elegantius intervalla negotiorum
 5 otio disposuit semperque aut belli aut pacis servit artibus; semper inter arma ac studia versatus aut corpus periculis aut animum disciplinis exercuit. Mummius tam
 4 rudis fuit, ut capta Corintho cum maximorum artificum perfectas manibus tabulas ac statuas in Italiam portandas
 10 locaret, iuberet praedici conducentibus, si eas perdidissent, novas eos reddituros. non tamen puto dubites, Vinici, 5
 quin magis pro re publica fuerit manere adhuc rudem Corinthiorum intellectum quam in tantum ea intellegi, et quin hac prudentia illa imprudentia decori publico fuerit
 15 convenientior.

14. Cum facilis cuiusque rei in unam contracta 1
 species quam divisa temporibus oculis animisque inhaereat, statui priorem huius voluminis posterioremque partem non
 inutili rerum notitia in artum contracta distinguere atque
 2 huic loco inserere, quae quoque tempore post Romam a
 Gallis captam deducta sit colonia iussu senatus; nam militarium et causae et auctores ex ipsarum praefulgent nomine. huic rei per idem tempus civitates propagatas
 auctumque Romanum nomen communione iuris haud in-
 25 tempestive subtexturi videmur. post septem annos quam
 Galli urbem ceperant, Sutrium deducta colonia est et post annum Setia novemque interiectis annis Nepe, deinde
 interpositis duobus et triginta Aricini in civitatem recepti

5 re. semperque . . . artibus *Rubensio suspecta* 7 ad
 Mummius malebat *Kritz* 21 iussu *A* 22 causa *M ante*
rasuram: causa *AP* et ipsarum . . . nomina *AP*, ex ipis
 nomine *Heinsius* 25 civitates propagatas *Lipsius*
 26 ceperunt *AP*, *en Maleig coll.* 1, 8, 4 13, 1 2, 41, 4
 27 Setia *AP*, *en Aldus Neper Vossius* 28 Aricini *et de A*
 la unam statuit *Orelli supplementum ex Lat.* 8, 14 Aricini Numon-
 tenique et Pelani eodem iure quo Lanuvium in civitatem recepti

3 abhinc annos autem trecentos et sexaginta Sp. Postumio
 Veturio Calvino consulibus Campanis data est civitas parti-
 que Samnitium sine suffragio, et eodem anno Cales de-
 ducta colonia. interiecto deinde triennio Fundani et For-
 miani in civitatem recepti, eo ipso anno, quo Alexandria 5
 4 condita est. insequentibusque consulibus a Sp. Postumio
 Philone Publilio censoribus Acerranis data civitas. et post
 triennium Tarracina deducta colonia interpositoque qua-
 driennio Luceria ac deinde interiecto triennio Suessa Au-
 5 runca et Saticula, Interamnaque post biennium. decem 10
 deinde hoc munere anni vacaverunt: tunc Sora atque
 6 Alba deductae coloniae et Carseoli post biennium. at
 Q. Fabio quintum Decio Mure quartum consulibus, quo
 anno Pyrrhus regnare coepit, Sinuessam Minturnasque
 missi coloni, post quadriennium Venusiam; interiectoque 15
 biennio M. Curio et Rufino Cornelio consulibus Sabinis
 sine suffragio data civitas: id actum ante annos ferme
 7 trecentos et viginti. at Cosam et Paestum abhinc annos
 ferme trecentos Fabio Dorstone et Claudio Canina consuli-
 bus, interiectoque quinquennio Sempronio Sopho et Appio 20
 Cacci filio consulibus Ariminum et Beneventum coloni
 8 missi et suffragii ferendi ius Sabinis datum. at initio
 primi belli Punici Firmum et Castrum colonis occupata,
 et post annum Aesernia postque septem et decem annos
 Aefulum et Alsium Fregenaque post biennium proximo- 25

1 ccclx *Laurent*: cccl AP 4 interiecta A 7 Publi-
 lio *Duker*: Publio AP 8 Tarracinam AP, em. *Lipsius*
 12 at Q. Fabio quintum *Rhenanus in marg.* ad quintum Fabio-
 que AP | quarto AP, em. *Gelen.* 14 Pyrrus A, sed in marg.
 Pyrrhus | coepit in Suessam A 16 M. AP | Rusino A
 18 cccxx MA: cccxxx P 'Exemp. vetustum habet, id actum
 ante annos .cccxx.' *Burerius*, qui ferme errore omisisse videtur
 | Cosa MA, Cossa P 20 interiectoq. *Madvig*: interiecto
 AP 21 et (ante Ben.) add. Iani 24 xvii *Aldus*: xxii
 AP 25 Aefulum *Huebner (in Hermae I, 426)*: Aesnlum
 AP | Fregellaeque AP, em. *Sigonius* | post *Gelenius*: anno
 post AP

que anno Torquato Sempronioque consulibus Brundisium et post triennium Spoletium, quo anno Floralium ludorum factum est initium, postque biennium deducta Valentia et sub adventum in Italiam Hannibalis Cremona atque Placentia.

15. Deinde neque dum Hannibal in Italia moratur, 1 neque proximis post excessum eius annis vacavit Romanis colonias condere, cum esset in bello conquirendus potius miles quam dimittendus et post bellum vires refovendae magis quam spargendae. Cuius autem Manlio Volzone et 2 Fulvio Nobiliore consulibus Bononia deducta colonia abhinc annos ferme ducentos septendecim, et post quadriennium Pisaurum ac Potentia interiectoque triennio Aquileia et Gravisca et post quadriennium Luca, eodem temporum 3 tractu, quamquam apud quosdam ambigitur, Puteolos Salernumque et Buxentum missi coloni, Auximum autem in Picenum abhinc annos ferme centum octoginta quinque, ante triennium quam Cassius censor a Lupericali in Palatium versus theatrum facere instituit, cui in eo moliendo 4 eximia civitatis severitas et consul Scipio restitere, quod ego inter clarissima publicae voluntatis argumenta numeraverim. Cassio autem Longino et Sextio Calvino, qui Sallues 4 apud aquas, quae ab eo Sextiae appellantur, devicit, consulibus Fabrateria deducta est abhinc annos ferme centum quinquaginta tris, et post annum Scolacium Minervium, Tarentum Neptunia, Carthagoque in Africa prima, ut praec-

3 ducta AP — 6 Italiam A — 10 ubi M. Gelonius, et M. Kreyssig — 13 Aquileia MA; Aquilia P — 14 Gramosta A
 15 quamquam P; quam A | Falernumque AP — 16 in Piceno Bothe — 17 CLXXXV Burnson; CLXXXVI AP — 19 in eo moliendo Salmasius et Ripart; in demoliendo AP
 20 Scipio AP, em. Aldus — 22 Sexto (Sex.) Ursinus; Sallues P (non MA) — 24 CLII Kreyssig; CLVII AP, em. Lips.
 25 Scolacium, Minervium, Tarentum, Neptunia P; hoc dicit esse (non iv) colonias dicit Mommsen Ber. der röm. G. d. W. philol. Cl. 1 49 sqq. — 26 Carthago, quae Salic. et Varrus.

5 diximus, extra Italiam colonia condita est. de Dertona
ambigitur, Narbo autem Martius in Gallia Porcio Marcio-
que consulibus abhinc annos circiter centum quadraginta
sex deducta colonia est. post duodeviginti annos in
Bagiennis Eporedia Mario sextum Valerioque Flacco con-
sulibus. neque facile memoriae mandaverim, quae nisi
militaris post hoc tempus deducta sit.

1 16. Cum haec particula operis velut formam pro-
positi excesserit, quamquam intellego mihi in hac tam
praecipiti festinatione, quae me rotae pronive gurgitis ac
verticis modo nusquam patitur consistere, paene magis
necessaria praetereunda quam supervacanea amplectenda,
nequeo tamen temperare mihi, quin rem saepe agitatam
animo meo neque ad liquidum ratione perductam signem
2 stilo. quis enim abunde mirari potest, quod eminentissima
cuiusque professionis ingenia in eandem formam et in
idem artati temporis congruere spatium, et quemadmodum
clausa capso aliove saepto diversi generis animalia nihilo
minus separata alienis in unum quaeque corpus con-
gregantur, ita cuiusque clari operis capacia ingenia in
similitudine et temporum et profectuum semet ipsa ab
3 aliis separaverunt. una neque multorum annorum spatio
divisa aetas per divini spiritus viros, Aeschylum Sophoclem
Euripiden, illustravit tragoediam; una priscam illam et
veterem sub Cratino Aristophaneque et Eupolide comoe-

1 extra aliam *A* 2 Portio Marcoque *AP* 3 *cxlvi*
Lipsius: *cliii AP* 4 *xviii Aldus*: *xxiii AP* 5 Bagienni
separedi *MA*, Baciennis Eporedia *P* | sextum *Cludius*: sexiens
(-es) *MAP* 6 facili *A* 9 in *om. A* 12 supervacanea
Orelli: superuania *A*, supervacua *P*, cf. 2, 36, 2 16 in eam
AP 17 congruere *Heinsius*: congruens *AP*, congruunt vel
congruerunt *alii* 18 clauso *A* | capso *MA*: capsula *P* | aliove
Lipsius: alioque *AP* | septo *P* (*non A*) 19 quaeque *Lips.*
quoque *AP*, quodque *Heins. et Salm.* 21 similitudinem *P* (. . .
em. Ruhnk. 23 perdiuini *P* | Sophoclem Euripidem *P* (. . .
habet A) 24 tragoedias *AP*, *em. Burman* | unam *A*
25 Aristophaneque et *Orelli*: Aristophaneque *A*, Aristophane et

diam; ac novam [comicam] Menandrus aequalesque eius non aetatis magis quam operis Philemo ac Diphilus et invenere intra paucissimos annos neque imitandam reliquere. philosophorum quoque ingenia Socratico ore de-
 4 lluentia omnium, quos paulo ante enumeravimus, quanto post Platonis Aristotelisque mortem florere spatio? quid
 5 ante Isocratem, quid post eius auditores eorumque discipulos clarum in oratoribus fuit? adeo quidem artatum angustiis temporum, ut nemo memoria dignus alter ab altero videri nequiverint.

17. Neque hoc in Graecis quam in Romanis evenit 1 magis. nam nisi aspera ac rudia repetas et inventi laudanda nomine, in Accio circaque eum Romana tragoedia est; dulcesque Latini leporis facetiae per Caecilium Terentiumque et Afranium subpari aetate nituerunt. histori- 2 cos etiam, ut Livium quoque priorum aetati adstruas, praeter Catonem et quosdam veteres et obscuros minus octoginta annis circumdatum aevum tulit, ut nec poetarum in antiquius citeriusve processit ubertas. at oratio ac vis 3 forensis perfectumque prosae eloquentiae decus, ut idem separetur Cato (pace P. Crassi Scipionisque et Laelii et Gracchorum et Fannii et Servii Galbae dixerim) ita universa sub principe operis sui erupit Tullio, ut delectari ante eum paucissimis, mirari vero neminem possis nisi aut ab illo visum aut qui illum viderit. hoc idem evenisse 4 grammaticis, plasticis, pictoribus, sculptoribus quisquis temporum iustiterit notis, reperiet, eminentiam cuiusque operis

1 ut Aldus ([comicam] Aldus, comoediam Gronov. Menander A, recte ut videtur 2 non hic adhibet Madvig. post aetatis Haase | Philemo A: Philimon P 3 imitanda AP, em. Acid. | relinquere A 5 paulo ante | sc. in parte operis deperdita | quarto A 8 adeoque ad Heinsius, inde ad quosdam Haase 13 cum Burer: eorum AP 15 suppari est Accidius: sub paritate A, sub pari aetate P 16 etiam Vossius: et AP | adstruas P 18 nec P: ne A 22 Fannii MA: Fanni P 26 sculptoribusq. mo. quibsq. MA, em. in P 27 re-

5 artissimis temporum claustris circumdatam. huius ergo
 recedentis in quodque saeculum ingeniorum similitudinis
 congregantisque se et in studium par et in emolumentum
 causas cum saepe requiro, numquam reperio, quas esse
 veras confidam, sed fortasse veri similes, inter quas has 5
 maxime. alit aemulatio ingenia, et nunc invidia, nunc
 6 admiratio imitationem accendit, naturaque quod summo
 studio petatum est, ascendit in summum difficilisque in
 perfecto mora est, naturaliterque quod procedere non
 7 potest, recedit. et ut primo ad consequendos quos priores 10
 ducimus accendimur, ita ubi aut praeteriri aut aequari
 eos posse desperavimus, studium cum spe senescit, et
 quod adsequi non potest, sequi desinit et velut occupatam
 relinquens materiam quaerit novam, praeteritoque eo, in
 quo eminere non possumus, aliquid, in quo nitamur, con- 15
 quirimus, sequiturque ut frequens ac mobilis transitus
 maximum perfecti operis impedimentum sit.

1 18. Transit admiratio ab condicione temporum et ad
 urbium. una urbs Attica pluribus auctoribus eloquentiae
 quam universa Graecia operibusque floruit, adeo ut cor- 20
 pora gentis illius separata sint in alias civitates, ingenia
 2 vero solis Atheniensium muris clausa existimes. neque

periet eminentia *MA*, reperiet et eminentiam *P* (r. eminentia..
 circumdata *Ruhnck.*)

2 recedentis *A*, secedentis *Sauppe* (praecedentisque seculi
P) | in quodque *Sauppe*: mq. (?) *M*, inq. *A*, in summo quodque
Madvig, intra *Haase*, in quoddam *Jani*, in unum quasi *Peri-*
zonius (excedentis numquam *Laurent*) | similitudines congre-
 gantesq. *MA* 3 et memolumentum (?) *M*, et in idem moli-
 mentum *Salmasius* 4 saepe *Madvig*: semper *AP*, cf. 1, 16, 1
 6 invidia et nunc *A* 7 incitationem *AP*, em. *Acidalius* | ma-
 tureque *idem* 10 quo priores ducimur *A* 12 et om. *A*
 15 aliud *Perizonius* | eniteamus *Heinsius*, niteamus *alii*
 18 ad condicionem *AP*, em. *Schegk* 19 *pluribus annis *AP*;
 auctores eloquentiae item legitur in *Tac. Ann.* 2, 83; *reliquo-*
rum criticorum conatus enumeravit Kritzius p. 79 sq.
 21 sparsa sint *Ruhnck.* | sint *delevit Gruter*

hoc ego magis miratus sim quam neminem Argivum Thebanum Lacedaemonium oratorem aut dum vixit auctoritate aut post mortem memoria dignum existimatum. quae urbes et in alia talium studiorum fuere steriles, nisi Thebas unum os Pindari inluminaret: nam Alcmanus Lacones falso sibi vindicant.

LIBER POSTERIOR.

1. Potentiae Romanorum prior Scipio viam aperuerat, luxuriae posterior aperuit: quippe remoto Carthaginis metu sublataque imperii aemula non gradu, sed praecipiti cursu a virtute descitum, ad vitia transcursum; vetus disciplina deserta, nova inducta; in somnum a vigiliis, ab armis ad voluptates, a negotiis in otium conversa civitas. tum Scipio Nasica in Capitolio porticus, tum, quas praediximus, Metellus, tum in circo Cn. Octavius multo amoenissimam moliti sunt, publicamque magnificentiam secuta privata luxuria est. triste deinde et contumeliosum bellum in Hispania duce latronum Viriatho secutum est: quod ita varia fortuna gestum est, ut saepius Romanorum gereretur adversa. sed interempto Viriatho fraude magis quam virtute Servilii Caepionis Numantinum gravius exarsit. haec urbs nunquam plura quam decem milia propriae inventutis armavit, sed vel ferocia ingenii vel inscitia nostrorum ducum vel fortunae indulgentia cum alios duces, tum Pompeium magni nominis virum ad turpissima deduxit foedera (hic primus e Pompeis consul fuit), nec minus turpia

1 haec ego A: ego hoc P 3 quae P: quae MA

4 in alia Sauppe: imitata MA, om P, cf 2, 15, 1 in omnia et Madvig Advers. 1, 151 22 MA: in P 6 similitudo:

VELLEI PATERCULI AD M. VINCIUM LIBER PRIMUS EXPL. A 22 nunquam x plura quam propria AP, om, Aldus

23 imitata AP: imitata M, imitata M. Madvig

26 hic — fuit obelo notavit Kreyssig, ut ca II, 21, § 2. secto

5 ac detestabilia Mancinum Hostilium consulem. sed Pompeium gratia impunitum habuit, Mancinum verecundia poenam non recusando perduxit huc, ut per fetialis nudus ac post tergum religatis manibus dederetur hostibus. quem illi recipere se negaverunt, sicut quondam Caudini fecerant, dicentes publicam violationem fidei non debere unius lui sanguine.

1 2. Inmanem deditio Mancini civitatis movit dissensionem. quippe Tiberius Gracchus, Tiberii Gracchi clarissimi atque eminentissimi viri filius, P. Africani ex 10 filia nepos, quo quaestore et auctore id foedus ictum erat, nunc graviter ferens aliquid a se pactum infirmari, nunc similis vel iudicii vel poenae metuens discrimen, tribunus pl. creatus, vir alioqui vita innocentissimus, ingenio florentissimus, proposito sanctissimus, tantis denique 15 adornatus virtutibus, quantas perfecta et natura et industria mortalis condicio recipit, P. Mucio Scaevola L. Calpurnio consulibus abhinc annos centum sexaginta duos descivit a bonis, pollicitusque toti Italiae civitatem, simul etiam promulgatis agrariis legibus, omnibus statum concupiscentibus, 20 summa imis miscuit et in praeruptum atque anceps periculum adduxit rem publicam. Octavioque collegae pro bono publico stanti imperium abrogavit, triumviros agris dividendis colonisque deducendis creavit se socerumque suum, consularem Appium, et Gaium fratrem admodum 25 iuvenem.

3 *poenam: quippe AP, quicquam noxae recusandi Madrig, qui hoc recte intellexit vitiosam esse scripturam quippe | foeciales A corr. ex fetitiales 4 postergum A 5 fecerunt AP, em. Heinsius 9 Tib. P, Tempus A, fort. Ti. Sempronius | Graacchus Tibur Gracci A 12 pactum Kreyssig: factum AP, actum Fröhlich 13 intuens A 20 statum P: factum A, ista tum Haupt, fort. statum novum (vel alium); cf. 2, 72, 5 (omnium statum concutientibus Lipsius, alii alia) 21 adque A 23 publicos tanti A | adrogavit MA | Triumviro. sanis A 24 coloniisque AP, em. Lipsius; 25 *et Gracchum fratrem AP

3 Tum P. Scipio Nasica, eius qui optimus vir a
 1 sentu iudicatus erat, nepos, eius qui censor porticus in
 Capitolio fecerat, filius, pronepos autem Cn. Scipionis,
 celeberrimi viri P. Africani patris, privatusque et togatus,
 2 cum esset consobrinus Ti. Gracchi, patriam cognationi
 praeferens et quicquid publice salutare non esset, pri-
 vatum alienum existimans (ob eas virtutes primus omnium
 absens pontifex maximus factus est), circumdata laevo
 3 brachio togae lacinia ex superiore parte Capitolii summis
 gradibus insistens hortatus est, qui salvam vellent rem
 publicam, se sequerentur. tum optimates, senatus atque 2
 equestris ordinis pars melior et maior, et intacta perni-
 ciosis consiliis plebs incurrere in Gracchum stantem in area
 cum catervis suis et concientem paene totius Italiae fre-
 4 quentiam is fugiens decurrensque clivo Capitolino, frage-
 mine subsellii ictus vitam, quam gloriosissime degere
 potuerat, immatura morte inivit. hoc initium in urbe 3
 Roma civilis sanguinis gladiatorumque impunitatis fuit. inde
 5 ius vi obrutum potentiorque habitus prior, discordiaeque
 civium antea condicionibus sanari solitae ferro duplicatae
 6 bellaque non causis inita, sed prout eorum merces fuit,
 quod haut mirum est: non enim ibi consistunt exempla, 4
 unde coeperunt, sed quamlibet in tenuem recepta tramitem
 latissime evagandi sibi viam faciunt, et ubi semel recto
 7 deerratam est, in praecipos perveniunt, nec quisquam sibi
 putat turpe, quod alii fuit fructuosum.

4. Interim, dum haec in Italia geruntur, Aristoni 1
 1 cus, qui mortuo rege Attalo, a quo Asia populo Romano
 hereditate relicta erat, sicut relicta postea est a Nicomede

4 patris AP, patris = *Attalo hered. esse in textu, cf. 2, 4, 1*
 5 Ti.] F AP 6 privatum A 8 circumdata *Attalo et*
Pateamus: eam data AP 9 impunitas P (non MA)
 11 atque A *adhibet et a l* 12 remota *post nullam partem*
 20 ante a P 25 illa MA non P 28 qui *ibid. Galonius,*
quidam Orelli; videtur Vellius neglegentius scriptorem 29 heredi-
 titati AP, em. *Attalo*

Bithynia, mentitus regiae stirpis originem armis eam occupa-
 verat, is victus a M. Perpenna ductusque in triumpho, set
 a M. Aquilio, capite poenas dedit, cum initio belli Crassum
 Mucianum, virum iuris scientissimum, decedentem ex Asia
 2 proconsulem interemisset. et P. Scipio Africanus Aemilia- 5
 nus, qui Carthaginem deleverat, post tot acceptas circa
 Numantiam clades creatus iterum consul missusque in
 Hispaniam fortunae virtutisque expertae in Africa respon-
 dit in Hispania, et intra annum ac tris menses, quam
 eo venerat, circumdatam operibus Numantiam excisamque 10
 3 aequavit solo. nec quisquam ullius gentis hominum ante
 eum clariore urbium excidio nomen suum perpetuae com-
 mendavit memoriae: quippe excisa Carthagine ac Numantia
 4 ab alterius nos metu, alterius vindicavit contumeliis. hic,
 eum interrogante tribuno Carbone, quid de Ti. Gracchi 15
 caede sentiret, respondit, si is occupandae rei publicae
 animum habuisset, iure caesum. et cum omnis contio
 adclamasset, hostium, inquit, armatorum totiens clamore
 non territus, qui possum vestro moveri, quorum noverca
 5 est Italia? reversus in urbem intra breve tempus, M. Aquilio 20
 C. Sempronio consulibus abhinc annos centum et sexaginta,
 post duos consulatus duosque triumphos et bis excisos
 terrores rei publicae mane in lectulo repertus est mor-
 tuus, ita ut quaedam elisarum faucium in cervice reperi-
 6 rentur notae. de tanti viri morte nulla habita est quaestio 25
 eiusque corpus velato capite elatum est, cuius opera super
 totum terrarum orbem Roma extulerat caput. seu fatalem,
 ut plures, seu conflatam insidiis, ut aliqui prodidere me-
 moriae, mortem obiit, vitam certe dignissimam egit, quae
 nullius ad id temporis praeterquam avito fulgore vinceretur. 30

2 Perpenna *Burman* | set a *A*, ut coni. *Aldus*: sed *P*
 3 M. *Aldus*: M. *AP* | Aquilio *Kreyssig* 4 ex alia *A*
 5 et del. *Acidalius*, at *Vossius*, cf. tamen II, 5, 2. 33, 4
 12 clariori *AP* (-rum *A prius*), em. *Burer* (ex *M*?) 14 hic
 cum *A* 15 Tib. *A*, T. *P* 20 M. *AP* 21 *clx Laurent*:
cl AP, *clvii Kritz* 22 bis *P*: his *A*

decessit anno ferme sexto et quinquagesimo: de quo si quis ambiget, recurrat ad priorem consulatum eius, in quem creatus est anno octavo et tricesimo: ita dubitare desinet.

5. Ante tempus excisae Numentinae praecleara in Hispania militia D. Bruti fuit, qui penetratis omnibus Hispaniae gentibus ingenti vi hominum urbiumque potitus numero, aditis quae vix audita erant, Gallaeci cognomen meruit. et ante eum paucis annis tam severum illius Q. Macedonici in his gentibus imperium fuit, ut, cum urbem Contrebianam nomine in Hispania oppugnaret, pulsas praecipiti loco quinque cohortes legionarias eodem protinus subire iuberet: facientibusque omnibus in procinctu testamenta, velut ad certam mortem eundem foret, non deterritus proposito [perseverantia ducis], quem moriturum miserat militem victorem recepit: tantum effecit mixtus timori pudor spesque desperatione quaesita. hac virtute ac severitate facti, at Fabius Aemilianus Pauli exemplo disciplina in Hispania fuit clarissimus.

6. Decem deinde interpositis annis, qui Tl. Gracchum, idem Gaium fratrem eius occupavit furor, tam virtutibus eius omnibus quam huic errori similem, ingenio etiam eloquentiaque longe praestantiorum, qui cum summa quiete animi civitatis princeps esse posset, vel vindicandae fraternae mortis gratia vel praemuniendae regalis potentiae eiusdem exempli tribunatum ingressus, longe maiora et acriora petens debet civitatem omnibus Italicis, extendebat eam paene usque Alps, dividebat agros, vocabat quemquam civem plus quingentis iugeribus habere,

3 annos A, annos natus Orelli | xxxviii Patruus | xxxvi AP 6 D Aldus A, AP 7 ni) ibi Kenner | 8 numero suspectum Lepus | Gallaeci AP 10 in hoc esse A 11 in Hispania | Heinsius 13 in parte dicitur et nota marginali importata esse volit Dureau 17 pudori timor A. pudor & mori Orelli 19 disciplinae AP. in Patruus 20 T, AP 21 Gaius] C AP 27 repetitur AP, in. Rubeol

quod aliquando lege Licinia cautum erat, nova constituebat portoria, novis coloniis replebat provincias, iudicia a senatu transferebat ad equites, frumentum plebi dari instituerat; nihil immotum, nihil tranquillum, nihil quietum, nihil denique in eodem statu relinquebat; quin alterum 5
 4 etiam continuavit tribunatum. Hunc L. Opimius, consul, qui praetor Fregellas exciderat, persecutus armis unaque Fulvium Flaccum, consularem ac triumphalem virum, aequae prava cupientem, quem C. Gracchus in locum Tiberii fratris triumvirum nomine, re autem socium regalis ad- 10
 5 sumpserat potentiae, morte adfecit. id unum nefarie ab Opimio proditum, quod capitis non dicam Gracchi, sed civis Romani pretium se daturum idque auro repensurum 6
 6 proposuit. Flaccus in Aventino armatus ac pugnam ciens cum filio maiore iugulatus est; Gracchus profugiens, cum 15
 iam comprehenderetur ab iis, quos Opimius miserat, cervicem Euporo servo praebuit, qui non segnius se ipse interemit, quam domino succurrerat. quo die singularis Pomponii equitis Romani in Gracchum fides fuit, qui more Coclitis sustentatis in ponte hostibus eius, gladio se trans- 20
 7 fixit. ut Ti. Gracchi antea corpus, ita Gaii mira crudelitate victorum in Tiberim deiectum est.

1 7. Hunc Ti. Gracchi liberi, P. Scipionis Africani nepotes, viva adhuc matre Cornelia, Africani filia, viri optimis ingeniis male usi vitae mortisque habuere exitum: 25
 qui si civilem dignitatis concupissent modum, quidquid tumultuando adipisci gestierunt, quietis obtulisset res publica.
 2 huic atrocitati adfectum scelus unicum. quippe iuvenis specie excellens necdum duodevicesimum transgressus an-

3 dare Aldus | instituebat Herelius 5 nihil (ante denique) add. Haase praecedente Orellio 7 persequutus P (non A) 10 nomine, re autem nos, item A. Schwarzmann: nominaverat cum AP 11 adfecit AP, em. Herelius 14 armatos Gelenius | ac Kritz: ad AP, cf. Drakenb. ad Liv. 2, 47, 1 19 Pomponi A 20 eius del. Heinsius 21 Gaii P 23 Ti.] C. AP 26 dignitates A | quicquid P

num immunisque delictorum paternorum, Fulvii Flacci
 filius, quem pater legatum de condicionibus miserat, ab
 Opinio interceptus est, quem cum haruspex Tuscus ami-
 cus flentem in vincula duci vidisset, qui tu hoc potius,
 1 inquit, facis? protinusque infuso capite in postem lapideum
 numme carceris effusoque cerebro expiravit. crudelesque
 2 mox quaestiones in amicos clientesque Gracchorum habitae
 sunt. sed Opimium, virum alioqui sanctum et gravem,
 damnatum postea iudicio publico memoria istius saevitiae
 3 nulla civilis prosecuta est misericordia. eadem Rupilium
 4 Popiliunque, qui consules asperime in Tiberii Gracchi
 amicos saevierant, postea iudiciorum publicorum merito
 oppressit invidia, rei tantae parum ad notitiam pertinens
 interponatur. hic est Opimius, a quo consule celeberrimi
 5 num Opimiani vini nomen; quod iam nullum esse spatio
 annorum colligi potest, cum ab eo sint ad te, M. Vincti,
 6 consulem anni centum et quinquaginta factum Opimio,
 quod inimicitiarum quaesita erat ultio, minor secuta
 auctoritas, et visa ultio privato odio magis quam publicae
 7 vindictae data.

In legibus Gracchi inter perniciosissima numeraverunt,
 8 quod extra Italiam colonias posuit. id maiores, cum viderent
 tanto potentiores Tyro Carthaginem, Messiliam Phocaea,
 9 Syracusas Corintho, Cyzicum ac Byzantium Mileto,
 10 geniali solo, diligenter vitaverant et civis Romanos ad
 censendum ex provinciis in Italiam revocaverant. prima
 11 autem extra Italiam colonia Carthago condita est. sub-

5 postem *Aldus*; postera *AP* 6 *spudlumpet A*

8 alioquin *A*, vel ultra *H*, 2, 2 et 33, 4 *alioquin* 9 *colonia*

Cladius; ipse *AP* 10 *persecuta AP*, em. *Cladius*; *Rupilius*

AP, em. *Aldus* 11 *interponitur AP*, em. *Herodotus* 12 *non*

Zaius (in *marq* *A*); *scam* *A*, *scilicet P* 13 *scilicet MA*; *em P*

17 *et Aldus*; *et AP*, *et Laurent* 21 *verba in legibus*

condita est habent AP *note* *in* *Druid* *sup*, 15, *huc* *transportat*

Cladius; *et* *et* *colonia* *notant* *Kreganz*; *numeratus A*

22 *Phuchum A* 23 *et* *revocaverant* *Andellius*; *et* *(et P)*;

revocaverunt AP

inde Porcio Marcioque consulibus deducta colonia Narbo Martius.

1 8. Mandetur deinde memoriae severitas iudiciorum. quippe C. Cato consularis, M. Catonis nepos, Africani sororis filius, repetundarum ex Macedonia damnatus est, 5 cum lis eius HS. quattuor milibus aestimaretur: adeo illi viri magis voluntatem peccandi intuebantur quàm modum factaque ad consilium dirigebant et quid, non in 2 quantum admissum foret, aestimabant. circa eadem tempora duo Metelli fratres uno die triumphaverunt. non 10 minus clarum exemplum et adhuc unicum Fulvii Flacci, eius qui Capuam ceperat, filiorum, sed alterius in adoptionem dati, in collegio consulatus fuit; adoptivus in Acidini Manlii familiam datus. nam censura Metellorum patruelium, non germanorum fratrum fuit, quod solis 15 contigerat Scipionibus. tum Cimbri et Teutoni transcendere Rhenum, multis mox nostris suisque cladibus nobiles. per eadem tempora clarus eius Minucii, qui porticus, quae hodieque celebres sunt, molitus est, ex Scordiscis triumphus fuit. 20

1 9. Eodem tractu temporum nituerunt oratores Scipio Aemilianus Laeliusque, Ser. Galba, duo Gracchi, C. Fannius, Carbo Papius; nec praetereundus Metellus Numidicus et Scaurus, et ante omnes L. Crassus et M. Antonius: 2 quorum aetati ingeniisque successere C. Caesar Strabo, 25 P. Sulpicius; nam Q. Mucius iuris scientia quam proprie eloquentiae nomine celebrior fuit. clara etiam per idem 3 aevi spatium fuere ingenia in togatis Afranii, in tragoediis

1 Portio AP 4 C. Aldus: COS. AP 6 HS. add. Krause (lis ei HS. Scaliger et alii) 10 duo Aldus: M. AP 13 consulatus Krause: COS. AP 14 Acidiani AP, em. Aldus et Sigonius | filiam A | census AP 16 transcendere A 17 nobilis A 18 Minici P, Manici A 19 ex Cordiscis AP 21 temporum tractu P (non MA) 24 et ante o.—Antonius transponebat Ruhnck. post Papius | L. MA: om. P 26 namq. Mucius AP | propriae AP, em. Lipsius

Pacuvii atque Accii, usque in Graecorum ingeniorum com-
 parationem evecti magnunq[ue] inter hos ipsos facientis
 operi suo locum, adeo quidem, ut in illis limae, in hoc
 paene plus videatur fuisse sanguinis. celebre et Lucili
 5 nomen fuit, qui sub P. Africano Numantino bello eques
 militaverat. quo quidem tempore iuvenes adhuc Ingurtha
 ac Marius sub eodem Africano militantes in iisdem castris
 didicere, quae postea in contrariis facerent. historiarum
 5 auctor iam tum Sisenna erat iuvenis, sed opus belli civilis
 10 Sullanique post aliquot annos ab eo seniore editum est
 vetustior Sisenna fuit Caelius, aequalis Sisennae Rutilus
 6 Claudiusque Quadrigarius et Viderius Antias. sane non
 ignoremus eadem aetate fuisse Pomponium sensibus cele-
 brem, verbis rudem et novitate inventi a se operis com-
 15 mendabilem.

10. Prosequamur nota severitatem censorum Cassii 1
 Longini Caepionisque, qui abhinc annos centum quinqua-
 ginta tris Lepidum Aemilium augurem, quod sex milibus
 HS. aedes conduxisset, adesse iusserunt. at nunc si quis
 20 tanti habitet, vix ut senator agnoscitur: adeo natura a
 rectis in prava, a pravis in vitia, a vitis in praecipitia
 pervenitur. eodem tractu temporum et Domiti ex Ar 2
 vernis et Fabii ex Allobrogibus victoria fuit nobilis; Fabio
 Pauli nepoti ex victoria cognomen Allobrogico inditum.
 25 notetur Domitiae familiae peculiaris quaedam et ut cla-

1 adque A | Gr. τριγίων *O. Jahn in Hermes* II, 225

2 cunctis M, eius actatis AP, sed A eius s l. (evecta *Halm*)
 magnunq[ue] Ennī inter *Orelli praecedente Hertz* 5 *Publio*
P. Publino A 6 *invenit AP, ex Burman* 9 *Militiarum*
 auctor *O. Jahn l. c. p. 224* | belli civilis *Rubinen* 11 *Cae-*
lius A | aequalis *Kreytz* 13 *seno* (seniorum *Orelli* 14 *et*)
 sed *Lipsius* 16 *nota Modest* notam AP 17 *viam Kritz*
 xvii AP 18 *Aelius AP, ex Alder* 19 *HS. add. Krauss*
 Ad A 20 *natura A. natura P, cf. 1. 17, 6* | a vitis in
 vitis a (*om. A*) vitis in prava a prava AP, verba transponunt
Sterkus, in vitis a vitis *id. Rubinen, cf. Dindorf Synon. lat.*
 I, 62 23 *Fabius A* | *Paulus A* 24 *ex virtute Brough*

rissima, ita artata numero felicitas. septem ante hunc nobilissimae simplicitatis invenem, Cn. Domitium, fuere, singuli omnino parentibus geniti, sed omnes ad consulatum sacerdotiaque, ad triumphi autem paene omnes pervenerunt insignia.

5

1 11. Bellum deinde Iugurthinum gestum est per Q. Metellum nulli secundum saeculi sui. huius legatus fuit C. Marius, quem praediximus, natus agresti loco, hirtus atque horridus vitaque sanctus, quantum bello optimus, tantum pace pessimus, immodicus gloriae, insatia-
 2 bilis, impotens semperque inquietus. hic per publicanos aliosque in Africa negotiantis criminatus Metelli lentitudinem, trahentis iam in tertium annum bellum, et naturalem nobilitatis superbiam morandique in imperiis cupiditatem effecit ut, cum comteatu petito Romam venisset,
 3 consul crearetur bellique paene patrati a Metello, qui bis Iugurtham acie fuderat, summa committeretur sibi. Metelli tamen et triumphus fuit clarissimus et meritum
 4 ex virtute ei cognomen Numidici inditum. ut paulo ante Domitiae familiae, ita Cacciliae notanda claritudo est.
 5 quippe intra duodecim ferme annos huius temporis consules fuere Metelli aut censores aut triumpharunt amplius duodecies, ut appareat, quemadmodum urbium imperiorumque, ita gentium nunc florere fortunam, nunc senescere, nunc interire.

25

1 12. At C. Marius L. Sullam iam tunc ut praeventibus fati copulatum sibi quaestorem habuit et per eum missum ad regem Bocchum Iugurtha rege abhinc

1 artata *A* | VII *Aldus et Sigonius*: uti *AP* 3 singulis *AP*, em. *Lips.* cf. *Madrigii Advers.* II, 301 not. 4 ad triumphantem *A* 6 perq. Metellum *AP* 8 agresti *Vossius*: equestri *AP* 10 [insatiabilis] *Cortius* 17 in acie *A*; dicebatur et acie fundere (vincere etc.) et in acie; illud tamen est multo frequentius 18 *meritum et (om. *P*) uirtutisque *AP*, meritum ei virtute (virtute ei) alii, cf. *Sall. Jug.* 5, 4; an m. ei virtutis debitum? 23 duodecies *Burman*: XII. *AP*

annos ferme centum triginta quattuor potitus est; designatusque iterum consul in urbem reversus secundi consulatus initio Kal. Ianuarii cum in triumpho duxit 2 effusa, ut praediximus, immensis vis Germanarum gentium, quibus nomen Cambris ac Teutonibus erat, cum Caepionem 3 Manliumque consules et ante Carbonem Silanumque fo- dissent fugassentque in Gallias et exiissent exercitu, Sotum- rumque Aurelium consularem et alios celeberrimi nominis viros trucidassent, populus Romanus non alium repellendis 4 tantis hostibus magis idoneum imperatorem quam Marium est ratus. tum multiplicati consulatus eius tertius in 5 apparatu belli consumptus; quo anno Cn. Domitius tribunus pl. legem tulit, ut sacerdotes, quos antea collegae sufficiebant, populus crearet. quarto trans Alpis circa 6 1. Aquas Sextias cum Teutonibus confluit, amplius centum quinquaginta milia hostium priore ac postero die ab eo trucidata gensque excisa Teutonum. quinto citra 7 Alpis in campis, quibus nomen erat Raudis, ipse consul et proconsul Q. Lutatius Catulus fortunatissimo 8 decertavere proelio; caesa aut capta amplius centum milia hominum. hac victoria videtur meruisse Marius, ne eius nati rem publicam paeniteret, ac mala bonis 9 repensasse. sextus consulatus veluti praemium et meritum 10 datus. non tamen huius consulatus fraudetur gloria, quo Servili Glaucae Sturnique Apulei fu- 11 rorem continuatis honoribus rem publicam decernitium et gladiis quoque et caede comitia discutientium,

1 CXXIII *Albi*: CXXVII *AP*. 4 Germanarum *AP*, *om. Rehd.*. 5 Silanumque *A et Albi*: Syllanumque *P*. 7 Gallia *A*: eximient *A*, *vel e. l.* eximent. 8 consularem *Albi*: COS. *AP*. 9 repellendi *Quint.* *A*. 12 consumptus *est A*, *vel est punit.* 17 trucidata *Rehd.*, trucidant *AP*: trucidati *Kritz* *om. et milites ... trucidantur?* 18 Raudis *AP*: *vel ipse A*. 20 \bar{c} *AP*: \bar{c} *Patronus et Lys.* 22 mala bonis *Bersler*: bona malis *AP*, bona mala *Costius*. 25 Apulei *Kreywig*.

consul armis compescuit hominesque exitiabilis in Hostilia curia morte multavit.

1 13. Deinde interiectis paucis annis tribunatum iniit
 M. Livius Drusus, vir nobilissimus, eloquentissimus, sanctissimus, meliore in omnia ingenio animoque quam for- 5
 2 tuna usus. qui cum senatui priscum restituere cuperet decus et iudicia ab equitibus ad eum transferre ordinem (quippe eam potestatem nacti equites Gracchanis legibus cum in multos clarissimos atque innocentissimos viros saevissent, tum P. Rutilium, virum non saeculi sui, sed 10
 omnis aevi optimum, interrogatum lege repetundarum maximo cum gemitu civitatis damnaverant), in iis ipsis, quae pro senatu moliebatur, senatum habuit adversarium non intellegendem, si qua de plebis commodis ab eo age-
 3 rentur, veluti inescandae inlicendaeque multitudinis causa 15
 fieri, ut minoribus perceptis maiora permitteret. denique ea fortuna Drusi fuit, ut malefacta collegarum eius quam optime ab ipso cogitata senatus probaret magis, et honorem, qui ab eo deferebatur, sperneret, iniurias, quae ab illis intendebantur, aequo animo reciperet, et huius sum- 20
 mae gloriae invideret, illorum inmodicam ferret.

1 14. Tum conversus Drusi animus, quando bene incepta male cedebant, ad dandam civitatem Italiae: quod cum moliens revertisset e foro, immensa illa et incondita, quae eum semper comitabatur, cinctus multitudine in arca 25
 2 domus suae cultello percussus, qui adfixus lateri eius relictus est, intra paucas horas decessit. sed cum ultimum redderet spiritum, intuens circumstantium maerentiumque frequentiam, effudit vocem convenientissimam conscientiae

1 consularibus armis *Acidalius* 2 exitiabilis *A*, sed
 s. l. exitiales 17 eius quam *Ruhnken*: quam eius *P*, quam-
 nis *A*, fort. quam quamvis cf. *Val. Max.* 8, 15 *Prooem.*
 20 illis *Ruhnken*: aliis *AP* 21 *modicam *AP* 22 in-
 cepta *A*: coepta *P*; cf. *Doederl. Syn. lat.* III, 159 23 cade-
 bant *Lipsius* 24 incognita *AP*, em. *Acidalius* 25 arca
A: atrio *P* et s. l. *A*, cf. *Kreyss. p.* XX.

suae: equandone, inquit, propinqui amicique, similem
 mei civem habebit res publica? hunc finem clarissimus
 juvenis vitae habuit: cuius morum minime omitatur argu-
 mentum. cum aedificaret domum in Palatio in eo loco,
 ubi est quae quondam Ciceronis, mox Censorini fuit, nunc
 Statilii Siseninae est, promitteretque et architectus, ita se
 eam aedificaturum, ut liber a conspectu inimicisque ab
 omnibus arbitris esset neque quisquam in eam despiciere
 posset, tu vero, inquit, si quid in te artis est, ita com-
 pone domum meam, ut, quicquid agam, ab omnibus per-
 spici possit.

15. Mors Drusi iam pridem tumescens bellum ex-
 citavit Italicum; quippe L. Caesare et P. Rutilio consulibus
 abhinc annos centum viginti, universa Italia, cum id ma-
 lum ab Asculanis ortum esset (quippe Servilium praetorem
 Fonteiumque legatum occiderant) ac deinde a Marsis ex-
 ceptum in omnis penetrasset regiones, arma adversus Ro-
 manos cepit, quorum ut fortuna atrox, ita causa fuit
 iustissima: petebant enim eam civitatem, cuius imperium
 armis tuebantur: per omnis annos atque omnia bella du-
 pliciter numero se militum equitumque fungi neque in eius
 civitatis ius recipi, quae per eos in id ipsum pervenisset
 fastidium, per quod homines eiusdem et gentis et sanguinis
 ut externos alienosque fastidire posset. id bellum amplius
 trecenta milia inventuris Italiae abstulit. clarissimi autem
 imperatores fuerunt Romani eo bello Cn. Pompeius, Cn.
 Pompei Magni pater, C. Marius, de quo praediximus, L.

4 domum *MA*: templum *P* — 7 libera a *AP*; esse *Freli-
 loh* — 8 arbitris *M*; esse *A*. hominibus *P* et *A* v. l.) dispo-
 nere *A* — 9 possit *AP* [impro . . . possit] *P* *Andersen*
 10 quicquid *AP* — 11 possit, sequuntur 12 *AP* verba in legi-
 bus *Gracchi* . . . mendata est, v. ad p. 20, 21 — 14 *P*; Pompeio
AP — 14 annis *A*, ut item *AP* 2, 65, 2 aliter annis, aliter
 semper alibi, annos; universa Italia cum id malum *A* ad rem
Albae et Paturnae; cum id malum in universa Italia *P*
 15 quippe *AP*; qui *P*. *Herodian*; *Schneid.* *AP*; esse *Aldus*
 16 Fontestranorum *MA* — 27 Pompeii *P*.

Sulla anno ante praetura functus, Q. Metellus, Numidici
 4 filius, qui meritum cognomen Pii consecutus erat: quippe
 expulsum civitate a L. Saturnino tribuno pl., quod solus
 in leges eius iurare noluerat, pietate sua, auctoritate
 senatus, consensu populi Romani restituit patrem. nec 5
 triumphis honoribusque quam aut causa exilii aut exilio
 aut reditu clarior fuit Numidicus.

1 16. Italicorum autem fuerunt celeberrimi duces Silo
 Popaedius, Herius Asinius, Insteius Cato, C. Pontidius,
 2 Telesinus Pontius, Marius Egnatius, Papius Mutilus. neque 10
 ego verecundia domestici sanguinis gloriae quidquam, dum
 verum refero, subtraham: quippe multum Minatii Magii,
 atavi mei, Aeculanensis, tribuendum est memoriae, qui
 nepos Decii Magii, Campanorum principis, celeberrimi et
 fidelissimi viri, tantam hoc bello Romanis fidem praestitit, 15
 ut cum legione, quam ipse in Hirpinis conscripserat, Her-
 culaneum simul cum T. Didio caperet, Pompeios cum L.
 3 Sulla oppugnaret Compsamque occuparet: cuius de virtuti-
 bus cum alii, tum maxime dilucide Q. Hortensius in an-
 20 nalis suis rettulit. cuius illi pietati plenam populus
 Romanus gratiam rettulit ipsum viritum civitate donando,
 duos filios eius creando praetores, cum seni adhuc crea-
 4 rentur. tam varia atque atrox fortuna Italici belli fuit,
 ut per biennium continuum duo Romani consules, Rutilius
 ac deinde Cato Porcius, ab hostibus occiderentur, exercitus 25
 populi Romani multis in locis funderentur, utque ad saga
 iretur diuque in eo habitu maneretur. caput imperii sui
 Corfinium legerant atque appellarant Italicam. paulatim

1 functusq. Metellus *A* 3 a *A* et *Aldus*: om. *P*
 5 p. R. *Puteanus*: reip. *AP* 10 *Mutilus AP* 12 verum
P: nero *A*, vera *Orelli* 13 atavini *A*, sed s. l. atavi mei |
Asculanensis AP, em. *Cellarius* 18 *Cosamque AP*, em. *Vossius*
 19 dilucideque Q. *P*, dilucideq. que *A*, em. *Lipsius*
 20 illi *A*: ille *P*, fidei et *Oudendorp*, at cf. *Cie. p. Sulla* § 5,
p. Mil. § 13, *p. Lig.* § 35 21 reddidit *Perizonius* | cinita-
 tem *A* 24 continuo *AP*, em. *Gelenius* 25 *Portius A* 28 le-

deinde recipiendo in civitatem, qui arma aut non ceperant aut deposuerant maturius, vires refectae sunt, Pompeio Sullaque et Mario fluentem procumbentemque rem populi Romani restituentibus.

17. Finito ex maxima parte, nisi quae Nolani belli 1
manebant reliquiae, Italico bello, quo quidem Romani victis
adlictisque ipsi exarmati quam integri universis civitatem
dare maluerunt, consulatum interunt Q. Pompeius et L. 2
Cornelius Sulla, vir qui neque ad finem victoriae satis 3
laudari neque post victoriam abunde vituperari potest.
hic natus familia nobili, sextus a Cornelio Rufino, qui 4
bello Pyrrhi inter celeberrimos fuerat duces, cum familiae
eius claritudo intermissa esset, dum ita se gessit, ut nullam
petendi consulatum cogitationem habere videretur: deinde 5
post praeturam illustratus bello Italico et ante in Gallia
legatione sub Mario, quae eminentissimos duces hostium
fuderat, ex successu animum sumpsit petensque consula-
tum paene omnium civium suffragiis factus est; sed eum
honorem undequingagesimo aetatis suae anno adsecu-
tus est.

18. Per ea tempora Mithridates, Ponticus rex, vir 1
neque silendus neque dicendus sine cura, bello acerrimus,
virtute eximius, aliquando fortuna, semper animo maxi-
mus, consiliis dux, miles manu, odio in Romanos Hanni- 2
bal, occupata Asia necatisque in ea omnibus civibus Ro-
manis, quos quidem eadem die atque hora redditis civi- 3
tatibus litteris ingenti cum pollicitatione praemiorum in-
terimi iusserat, quo tempore neque fortitudine adversus 4
Mithridatem neque fide in Romanos quisquam Rhodis par-

gerant atque appellarent *Orelli*: legerant quod (1) appellarent
M, legerantq. appellarent A, legerantq. (sine appellarent) P
Italicos A: Italicos P, Italicos (2) M

3 rem populi R *Laurenti*: rem P, R, MA, resp. P, resp.
p. R *Heintze*. 5 nisi qua *Fontana*, n. quod *Liquori*. 7 In-
tegris AP, em. *Heintze*. 8 Q, MA, Ca, P. 11 nobilitate A
16 legato re A | qui, *Glossario*: quam AP. 20 interueni A

fuit, (horum fidem Mytilenaeorum perfidia inluminavit, qui M. Aquilium aliosque Mithridati vinctos tradiderunt, quibus libertas in unius Theophanis gratiam postea a Pompeio restituta est) cum terribilis Italiae quoque videretur im-
 4 minere, sorte obvenit Sullae Asia provincia. is egressus 5
 urbe cum circa Nolam moraretur (quippe ea urbs perti-
 nacissime arma retinebat exercituque Romano obsidebatur,
 velut paeniteret eius fidei, quam omnium sanctissimam
 5 bello praestiterat Punico), P. Sulpicius tribunus pl., disertus,
 acer, opibus gratia amicitii vigore ingenii atque animi 10
 celeberrimus, cum antea rectissima voluntate apud populum
 maximam quaesisset dignitatem, quasi pigeret eum virtu-
 6 tum suarum et bene consulta ei male cederent, subito
 pravus et praeceps se C. Mario post septuagesimum annum
 omnia imperia et omnis provincias concupiscenti addixit 15
 legemque ad populum tulit, qua Sullae imperium abro-
 garetur, C. Mario bellum decerneretur Mithridaticum, alias-
 que leges perniciosas et exitiabiles neque tolerandas liberae
 civitati tulit. quin etiam Q. Pompei consulis filium eundem-
 que Sullae generum per emissarios factionis suae interfecit. 20
 1 19. Tum Sulla contracto exercitu ad urbem rediit
 eamque armis occupavit, duodecim auctores novarum pes-
 simarumque rerum, inter quos Marium cum filio et P. Sul-
 picio, urbe exturbavit ac lege lata exules fecit. Sulpicium
 etiam adsecuti equites in Laurentinis paludibus iugulavere, 25
 caputque eius erectum et ostentatum pro rostris velut
 2 omen imminentis proscriptionis fuit. Marius post sextum

1 quorum *Cludius* | fidem in M. A 2 M. AP, em. *Ruhnk.*
 3 gratia A 5 Is P: om. A 11 apud A 12 maxi-
 mam P 14 se *addidit Puteanus; explicant alii* addixit Ma-
 rio omnia imperia etc. ea concupiscenti, *quasi hoc Sulpicius*
fecerit lege de uno Mithridatico lata: illud Velleius dicere pot-
erat, senem Marium omnia imperia concupivisse. 19 tulit
malle abesset | etiamq. A | Pompeii P 21 contractu A
 23 fort. P. Sulpicium 24 Sulpitium AP 25 etiam obelo
notavit Orelli; an tamen?

consulatum annumque septuagesimum nudus ac limo obrutus, oculis tantummodo ac naribus eminentibus, extractus arundinato circa paludem Martiae, in quam se fugiens consectantis Sullae equites abduerat, iuncto in collum loro in carcerem Minturnensium iussu duumviri perductus est. ad quem interficiendum missus cum gladio servus publicus natione Germanus, qui forte ab imperatore eo bello Cimbrico captus erat, ut agnovit Marium, magno eiulatu expromens indignationem casus tanti viri abiecto gladio profugit e carcere. tum cives, ab hoste misereri paulo ante principis viri docti, instructum eum viatico conlataque veste in navem imposuerunt. at ille adsecutus circa insulam Aenariam filium cursum in Africam direxit inopemque vitam in tugurio ruinarum Carthaginensium toleravit, cum Marius aspiciens Carthaginem, illa intuens Marium, alter alteri possent esse solatio.

20. Hoc primum anno sanguine consulis Romani militis imbutae manus sunt; quippe Q. Pompeius, collega Sullae, ab exercitu Cn. Pompei proconsulis seditione, sed quam dux creaverat, interfectus est. non erat Mario Sulpicioque Cinna temperator. itaque cum ita civitas Italiae data esset, ut in octo tribus contriherentur novi cives, ne potentia eorum et multitudo veterum civium dignitatem frangeret plusque possent recepti in beneficium quam auctores beneficii, Cinna in omnibus tribubus eos se distributurum pollicitus est: quo nomine ingentem to-

1 armisque lxx AP, cum Vossius septuaginta lxx Patonius

4 consectantes P - 5 il. 000 AP, dimittentium Lipsius

7 ab] nisi Bursi - 8 magno MA cum magno P - 9 appromens Acollades et Macingi Alford H. 301 experimenta MF

experimenta A - 13 insulam Aen Laurent Tamaritanus AP,

Aenariam v - 14 Carthaginensium A - 16 solatio AP

17 sunt MA cum P | Q. sed Hobsonius - 18 Sylla A ab

exercitu M] ad ab] A & L. exercitum AF | solatio] cum

& L] A - 20 condiderat Krossus; note non Hecce copiose in-

cessum ponsel - 21 Sulpicionem A et magno P, Sulpicio P

24 possent A

tius Italiae frequentiam in urbem acciverat. e qua pulsus collegae optimatiumque viribus cum in Campaniam tenderet, ex auctoritate senatus consulatus ei abrogatus est suffectusque in eius locum L. Cornelius Merula flamen dialis. haec iniuria homine quam exemplo dignior fuit. 5
 4 tum Cinna corruptis primo centurionibus ac tribunis, mox etiam spe largitionis militibus, ab eo exercitu, qui circa Nolam erat, receptus est. is cum universus in verba eius iurasset, retinens insignia consulatus patriae bellum intulit, fretus ingenti numero novorum civium, e quorum 10
 5 delectu trecentas amplius cohortes conscripserat ac triginta legionum instar impleverat. opus erat partibus auctoritate, cuius augendae gratia C. Marium cum filio de exilio revocavit quique cum iis pulsi erant.

1 21. Dum bellum autem infert patriae Cinna, Cn. 15
 Pompeius, Magni pater, cuius praeclara opera bello Marsico praecipue circa Picenum agrum, ut praescripsimus, usa erat res publica quique Asculum ceperat, circa quam urbem, cum in multis aliis regionibus exercitus dispersi forent, quinque et septuaginta milia civium Romanorum, 20
 2 amplius sexaginta Italicorum una die conflixerant, frustratus spe continuandi consulatus ita se dubium mediumque partibus praestitit, ut omnia ex proprio usu ageret temporibusque insidiari videretur, et huc atque illuc, unde spes maior adfulsisset potentiae, se exercitumque deflecteret. 25
 3 sed ad ultimum magno atrocique proelio cum Cinna con-

5 hominem quam *A* corr. ex homine inquam 6 primo] priā *A* 8 universos *AP* 13 gratia cuius augendae (augenda *A*) *AP*, transposuit praecedente *Orellio Madvig* (cf. II, 6, 2. 99, 4); aliorum coniecturas v. apud *Kritzium* | malim Marium (sine *C.*) 17 praediximus *Ruhnck.* supra scripsimus *Friebel* 20 *LXX.* ac deinde *LX.* *P.* nos posteriore loco milia non addidimus (in *P* omnes numeri, non solum millenarii, lineam habent, velut ante *X.* annos) 22 *COS.* sulta se *A* 23 ut om. *A* 25 adfuisset *AP*, em. *Aldus* | potentia esse *A*, fort. potentiae sese

fluxit: cuius commissi patrique sub ipsis nocentibus oculisque urbis Romanae pugnantisque quam fuerit eventus exitialis, vix verbis exprimi potest. post hoc cum utrumque exercitum velut parum bello exhaustum laceraret pestilentia, Cn. Pompeius ** decessit, cuius interitus voluptas amissorum aut gladio aut morbo civium poëne damno repensata est, populusque Romanus quam vivo iracundiam debuerat, in corpus mortui contulit. seu duae seu tres Pompeiorum fuisse familiae, primus eius nominis ante annos fere centum sexaginta septem Q. Pompeius cum Cn. Servilio consul fuit. Cinnna et Marnus haud incruentis utrimque certaminibus editis urbem occupaverunt, sed prior ingressus Cinnna de recipiendo Mario legem tulit.

22. Mox C. Marius pestifero civibus suis reditu intravit moenia. nihil illa victoria fuisset crudelius, nisi mox Sullana esset secuta; neque licentia gladiatorum in mediocri saevitum, sed excelsissimi quoque atque eminentissimi civitatis viri variis suppliciorum generibus adfecti. in iis consul Octavius, vir lenissima animi, iussu Cinnnae interfectus est. Merula autem, qui se sub adventum Cinnnae consulatu abdicaverat, incisis venis superfusoque altaribus sanguine, quos saepe pro salute rei publicae flamen dialis precatus erat deus, eos in execrationem Cinnnae partimque eius tum precatus optime de

1 patrique A (oculisque Lipsiae: oculisque AP. 4 urbis P. urbs A. 5 ante Sullanaem supplet Sullana (Tallant) J. 16 de caelo tactus vel fulmine hitus. 19 CLXXII. M. J. CLXXIII. P. CLXXII Laurent. Q) quom. A. quom. P. 12 utrumque AP. 15 Cn. AP. 17 in p. d. i. n. A. Sullanaem M. in p. d. i. n. P. ad quom. Sullanaem Sullanaem Sullanaem. 18 Excelsissimae quoque a. eminentissimae AP. est. Hecumae, illud exitientia pro civitate accipienda Paterna dignitate, Hunc Sullanaem | quoque Sullanaem. 22 Cinnnae COS. AP.

3 re publica meritum spiritum reddidit. M. Antonius, prin-
 ceptus civitatis atque eloquentiae, gladiis militum, quos ipsos
 facundia sua moratus erat, iussu Marii Cinnaeque con-
 4 fossus est. Q. Catulus, et aliarum virtutum et belli Cim-
 brici gloria, quae illi cum Mario communis fuerat, cele- 5
 berrimus, cum ad mortem conquireretur, conclusit se loco
 nuper calce harenaque perpolito inlatoque igni, qui vim
 odoris excitaret, simul exitiali hausto spiritu, simul incluso
 suo mortem magis voto quam arbitrio inimicorum obiit.
 5 omnia erant praecipitia in re publica, nec tamen adhuc 10
 quisquam inveniebatur, qui bona civis Romani aut donare
 auderet aut petere sustineret. postea id quoque accessit,
 ut saevitiae causam avaritia praerberet et modus culpae ex
 pecuniae modo constitueretur et qui fuisset locuples, fieret
 is nocens, suique quisque periculi merces foret, nec quid- 15
 quam videretur turpe, quod esset quaestuosum.

1 23. Secundum deinde consulatum Cinna et septimum
 Marius in priorum dedecus iniit, cuius initio morbo op-
 pressus decessit, vir in bello hostibus, in otio civibus
 2 infestissimus quietisque impatientissimus. in huius locum 20
 suffectus Valerius Flaccus, turpissimae legis auctor, qua
 creditoribus quadrantem solvi iusserat, cuius facti merita
 3 eum poena intra biennium consecuta est. dominante in
 Italia Cinna maior pars nobilitatis ad Sullam in Achaïam
 ac deinde post in Asiam perfugit. Sulla interim cum 25
 Mithridatis praefectis circa Athenas Boetiamque et Ma-
 cedoniam ita dimicavit, ut et Athenas reciperet et plurimo
 circa multiplicis Piraei portus munitiones labore expleto
 amplius ducenta milia hostium interficeret nec minus multa
 4 caperet. si quis hoc rebellandi tempus, quo Athenae op- 30
 pugnae a Sulla sunt, imputat Atheniensibus, nimirum
 veri vetustatisque ignarus est: adeo enim certa Athenien-
 sium in Romanos fides fuit, ut semper et in omni re,

14 *fieret innocens AP, f. nocens v. 15 suique Aci-
 dalus: sui AP 26 Boetiamque A 28 Piraei AP

quidquid sincera fide gereretur, id Romani Atrox fieri
 praedicarent ceterum tum oppressi Mithridatis armis
 homines miserissimae conditionis cum ab inimicis tenerentur,
 oppugnabantur ab amicis et summos extra moenia,
 corpora necessitati servientes intra muros habebant. trans-
 gressus deinde in Asiam Sulla parentem ad omnia sup-
 plicemque Mithridatem invenit, quem multatum pecunia
 ac parte navium Asia omnibusque aliis provinciis, quas
 armis occupaverat, decedere coegit, captivos recepit, in
 perugas noxiosque animadvertit, paternis, id est Ponticis
 finibus contentum esse iussit.

24. C. Flavius Fimbria, qui praefectus equitum ante
 adventum Sullae Valerium Flaccum consularem virum inter-
 fecerat exercituque occupato imperator appellatus forti
 Mithridatem pepulerat proelio, sub adventum Sullae se
 ipse interemit, adulescens, quae pessime ausus erat, for-
 titer executus. eodem anno P. Laenas tribunus pl. Sex-
 Lucium, qui priore anno tribunus pl. fuerat, sexto Tar-
 peticio deiecit, et cum collegae eius, quibus diem dixerat,
 metu ad Sullam profugissent, aqua ignique his interdixit.
 tum Sulla compositis transmarinis rebus, cum ad eum
 primum omnium Romanorum legati Perthorum venissent,
 et in us quidam magi ex notis corporis respoudissent
 caelestem eius vitam et memoriam futuram, reiectus in
 Italiam haud plura quam triginta armatorum milia ad-
 versum ducenta amplius hostium exposuit Brundisii. via
 quidquam in Sullae operibus clarius duxerim, quam quod

1 quinquā P. 2 tum MA, cum P. 3 necessitate serv-
 ientibus A. 4 in Asia AP. 5 ad Robul. ante AP. 6 multa
 tum AP. 7 perugas AP. 8 cum contentum A.
 9 At C. Herulius. 10 forti Patruensis. ante AP, an sponte?
 11 Mithridatem P. 12 advento AP. 13 supplicem A. 14 P.]
 Populius Albus. 15 Sext. P. (non A). 16 qui in priore AP.
 17 metu AP, cum Baer. 18 profugissent Baer. 19 in us A.
 20 vita in (curr. in vitam) et memoriam A. 21 ad AP, du-
 centa milia vulgo, cf. ad p. 36. 20. 22 Brundisii Gebwin.

cum per triennium Cinnanae Marianaepue partes Italiam obsiderent, neque inlaturum se bellum iis dissimulavit nec quod erat in manibus omisit, existimavitque ante frangendum hostem quam ulciscendum civem, repulsoque externo metu, ubi quod alienum esset vicisset, superaret 5 quod erat domesticum. ante adventum L. Sullae Cinna seditione orta ab exercitu interemptus est, vir dignior, qui arbitrio victorum moreretur quam iracundia militum. de quo vere dici potest, ausum eum quae nemo auderet bonus, perfecisse quae a nullo nisi fortissimo perfici 10 possent, et fuisse eum in consultando temerarium, in exequendo virum. Carbo nullo suffecto collega solus toto anno consul fuit.

1 25. Putares Sullam venisse in Italiam non belli vindicem, sed pacis auctorem: tanta cum quiete exercitum 15 per Calabriam Apuliamque cum singulari cura frugum, agrorum, hominum, urbium perduxit in Campaniam temptavitque instis legibus et aquis condicionibus bellum componere; sed iis, quibus et res pessima et immodica 2 cupiditas erat, non poterat pax placere. crescebat interim 20 in dies Sullae exercitus confluentibus ad eum optimo quoque et sanissimo. felici deinde circa Capuam eventu Scipionem Norbanumque consules superat, quorum Norbanus acie victus, Scipio ab exercitu suo desertus ac 3 proditus inviolatus a Sulla dimissus est. adeo enim Sulla 25 dissimilis fuit bellator ac victor, ut dum vincit, aequissimo lenior, post victoriam audito fuerit crudelior. nam et

5 superare *Ursinus*; *Velleius neglegentius scripsit* 7 est
om. Kritz et Haase errore 9 ausus *A*, ausum esse *Orelli*
 10 perfecisset *A* | nisi] si *A* 11 posset *A* 17 tentavit-
 que *P* 19 res *addidit Ruhnck.* (spes *add. Bernays*) 22 et
MA: om. P | deinde *M*: dein denique *A* (*sed dein expunct.*),
 denique *P* | euentu circa *C.* euentu *A* 23 Narbonumque ...
 Narbonus *P* (non *MA*) 26 *aequissimo: ac iustissimo
AP, vel iust. *Huth*, acie, iust. *Burman* (dum dimicat, iust.
Haupt) 27 et *Gelenius*: ut *AP*

consulem, ut praediximus, exarmatum Quintumque Ser-
torium, pro quanti mox belli facem' et multos alios,
potitus eorum, dimisit incolumes, credo ut in eodem
homine duplicis ac diversissimi animi conspiceretur exem-
plum. post victoriam — namque ascendens montem Ti-
fata cum C. Norbano concurrerat — Sulla gratis Dianae,
cuius numini regio illa sacrata est, solvit; aquas salubri-
tate medendisque corporibus nobiles agrosque omnis ad-
dixit deae. huius gratiae religionis memoriam et inscriptio
templi adfixa postea hodieque et tabula testatur aera
intra aedem.

26. Deinde consules Carbo tertium et C. Marius, 1
septiens consulis filius, annos natus sex et viginti, vir
animi magis quam aevi paterni, multa fortiterque molitus
neque usquam inferior nomine suo. is apud Sacriportum
pulsus a Sulla acie Praeneste, quod ante natura munitum
praesidiis firmaverat, se exercitumque contulit. ne quid 2
usquam malis publicis deesset, in qua civitate semper
virtutibus certatum erat, certabatur sceleribus, optimus-
que sibi videbatur, qui foret pessimus. quippe dum ad
Sacriportum dimicatur, Damasippus praetor Domitium **,
Scaevolam etiam, pontificem maximum et divini humani-

1 COS, AP exarmatumque Sertorium AP, em. *Pyrronius et Heronius* 2 prob. P 3 post *Gelonus* ponunt AP

*namq. facendone: qua demenda MAP, qua discordans *Gelonus et vulgo*; si facta MAP 6 gratis MA: gratias P

7 numini P; nonum MA | salubritatem A, salubritate in (P) M

8 medendis A | addixit MAP 9 memoria MAP, em. *Lepsius*

10 et tabula *Gelonus*; tabula M, tabula AP
11 intra aedem. Deinde *Gelonus*; interea deinde M, inter
eandem (edem de sup. l.) A, intra aedem (em. deinde) P

12 C. Marius C. Marii *Rudol.*, 14 non AP. *Fati Heronius*
(cf. *Maub. Adv.* II, 302., *ingens Ortillo*) | struere fortiterque
Kreywig 15 suo. in *Ortillo*, a suo A (suis teste *Ortillo*), con-
sulis P 16 ante] ante et *Hieron.* em. not. intravit ante?

18 unquam AP, em. *Potensius* | publice A 20 *qui fuerat
p AP 21 Domitium consularem, Scaevolam Marium (em.
etiam) *Rudol.* Dana. *Lucanarum*, Marium Sc. *struere* ubi

que iuris auctorem celeberrimum, et C. Carbonem praetorium, consulis fratrem, et Antistium aedilicium velut
 3 faventis Sullae partibus in curia Hostilia trucidavit. non
 perdat nobilissimi facti gloriam Calpurnia, Bestiae filia,
 uxor Antistii, quae iugulato, ut praediximus, viro gladio 5
 se ipsa transfixit. quantum huius gloriae famaеque ac-
 cessit! nunc virtute feminae propria patet.

1 27. At Pontius Telesinus, dux Samnitium, vir domi
 bellique fortissimus penitusque Romano nomini infestissi-
 mus, contractis circiter quadraginta milibus fortissimae 10
 pertinacissimaeque in retinendis armis inventutis, Carbone
 ac Mario consulibus abhinc annos centum et novem Kal.
 Novembribus ita ad portam Collinam cum Sulla dimicavit,
 ut ad summum discrimen et eum et rem publicam per-
 2 duceret, quae non maius periculum adiit Hannibalis intra 15
 tertium miliarium castra conspicata, quam eo die, quo
 circumvolans ordines exercitus sui Telesinus dictitansque
 adesse Romanis ultimum diem vociferabatur eruendam
 delendamque urbem, adiiciens numquam defuturos raptors
 Italicæ libertatis lupos, nisi silva, in quam refugere 20
 3 solerent, esset excisa. post primam demum horam noctis
 et Romana acies respiravit et hostium cessit. Telesinus
 postera die semianimis repertus est, victoris magis quam
 morientis vultum praeferens, cuius abscisum caput ferro
 4 figi gestarique circa Praeneste Sulla iussit. tum demum 25
 desperatis rebus suis C. Marius adulescens per cuniculos,

6 ipsa *A et Vossius*: ipsam *P* 7 virtute feminae propria patet *Haupt*: virtute eminent patria latet *AP*; aliorum conatus v. apud *Kritzium* 8 domi *Ithenanus*: animi *AP*; alia alia tentarunt, cf. *Kritz*. 10 $\overline{\text{XL}}$ *AP*: $\overline{\text{LX}}$ *Lipsius*, LXXX *Orosius* | ferocissimae *Ruhnk*. 12 cix *Kritz*: xi *MA*, xl *P*, cxi *Aldus* | ante diem vi Kal. Nov. *Mommsen*, *Sitzungsber. d. sächs. Ges.* VI, 156 16 eo *M*: eodem *AP* 21 solent *AP*, em. *Burer*; cf. ad 59, 5 24 cultum *AP* | abscisum *A et Ruhnk*. abscissum *P* | ferro figi *Madvig*: ferri *AP*, erigi *B. Helmsauer* (ferri spectarique *Burman*)

quī miro opere fabricati in diversas agrorum partis fore-
 bant, conatus erumpere, cum foranque e terra emerisset,
 a dispositis in id ipsum interemptus est. sunt qui sua
 manu, sunt qui concurrentem mutuis ictibus cum minore
 3 fratre Telesini una obsesso et erumpente occubuisse pro-
 diderint utcumque cecidit, hodieque tanta patris imagine
 non obscuratur eius memoria. de quo Iuvene quid existi-
 maverit Sulla, in promptu est; occise enim demum eo
 Felicis nomen adsumpsit, quod quidem usurpasset iustis-
 10 sime, si eundem et vincendi et vivendi finem habuisset.
 oppugnationi autem Praenestis ac Marī praefuerat Ofella
 Lucretius, qui cum ante Marianarum fuisset partium prae-
 tor, ad Sullam transfugerat. felicitatem diei, quo Sanniti-
 um Telesinique pulsus est exercitus, Sulla perpetua ho-
 12 dorum circensium honoravit memoria, qui sub eius nomine
 [Sullanae] Victoriae celebrantur.

28. Paulo ante quam Sulla ad Sacriportum dimit-
 caret, magnificis proelis partium eius viri hostium exer-
 citum fuderant, duo Serviliū apud Clusium, Metellus Pius
 2 apud Faventium, M. Lucullus circa Fidentiam. videban-
 tur finita belli civilis mala, cum Sullae crudelitate aucta
 sunt. quippe dictator creatus (cuius honoris usurpatio
 per annos centum et viginti intermissa; nam proximus post
 annum quam Hannibal Italia excesserat, uti adpotest popu-
 20 lum Romanum usum dictatoris ut in metu desiderasse,

1 feriebant *Barrabus*: fuerunt *AP*, forma *Gelesius*. 2 for-
 ana *A* | c *P*: et *A*, part. ex. 3 Telesini *Dulce*: Telesino *AP*,
 cum minore Telesino *Lepidus* | prodiderint *A*. 4 patris magne-
 tudine *Rabod*. 7 una *P* | vide *MA*. 8 quod *P*, quo *MA*.

11 oppugnatione *AP* | praefuerat *MA* | *Ofella M* (in
 marg. *Ofella*), *Asella AP*. 12 Marianarum *P*: maximarum *MA*
 | p praetor *AP*: partium, praetor *Uomae*. 13 qui sub eius
MA | quibus eius *P* (in marg. 'al. qui sub eius'). 14 [Sullanae]
Honores. 15 part. exercitus. 16 Servili apud Praenestem *AP*
 | Pius] plus *A*. 20 Fidentia *A*. 21 crudelitatem *A*, fort.
 crudelitate etiam. 24 excesserat, 1011, uti *Coelso*. 25 ut
 in m. d. ita in ota t *Rambolyn*; aut nota *Aradique Tulio*

ita in otio timuisse potestatem) imperio, quo priores ad
 vindicandam maximis periculis rem publicam olim usi erant,
 3 eo in inmodicae crudelitatis licentiam usus est. primus
 ille, et utinam ultimus, exemplum proscriptionis invenit,
 ut in qua civitate petulantis convicii iudicium histrioni ex 5
 albo redditur, in ea iugulati civis Romani publice con-
 stitueretur auctoramentum, plurimumque haberet, qui pluri-
 mos interemisset, neque occisi hostis quam civis uberius
 4 foret praemium fieretque quisque merces mortis suae. nec
 tantum in eos, qui contra arma tulerant, sed in multos 10
 insontis saevitum. adiectum etiam, ut bona proscriptorum
 venirent exclusivae paternis opibus liberi etiam petendorum
 honorum iure prohiberentur simulque, quod indignissimum
 est, senatorum filii et onera ordinis sustinerent et iura
 perderent. 15

1 29. Sub adventum in Italiam L. Sullae Cn. Pom-
 peius, eius Cn. Pompei filius, quem magnificentissimas res
 in consulatu gessisse bello Marsico praediximus, tris et
 viginti annos natus, abhinc annos centum et tredecim
 privatis ut opibus, ita consiliis magna ausus magnificeque 20
 conata executus, ad vindicandam restituendamque digni-
 tatem patriae firmum ex agro Piceno, qui totus paternis
 2 eius clientelis refertus erat, contraxit exercitum: cuius
 viri magnitudo multorum voluminum instar exigit, sed
 operis modus paucis eum narrari iubet. fuit hic genitus 25
 matre Lucilia stirpis senatoriae, forma excellens, non ea,

eo (Co P) timuisse (continuisse A corr.) AP (haud ita in metu
 d. ut in o. etc. Ruhnk.) 1 imperio prores (proh res P) ad
 vindicandam (-dum P) maximi periculi spolia musierant AP,
 em. Ruhnk. sed sine olim, quod alii iam invenerant 3 eo in-
 modicae crud. licentia AP, em. Cludius 5 histrioni ex albo
 J. Fr. Gronovius Observ. 11, 23 et iterum Mommsen (apud
 Haaseum): historiarum (historiarum P) ex alto MAP (in-
 iuriarum ex albo Pithoeus) 6 cuius R. publicae A, cuius
 Reip. P, em. Puteanus 10 tantum Gelenius: tamen AP
 14 fili A 17 Pompeii P 18 consulatu MA: senatu P
 19 CX Kritz 25 eam malim

qua flos commendatur aetatis, sed ea dignitate constan-
 tiaque, *quae* in illam conveniens amplitudinem fortunamque
 cum ad ultimum vitae comitata est diem, innocentia exi- 3
 mius, sanctitate praecipuus, eloquentia medius, potentiae,
 quae honoris causa ad eum deferretur, non vi ab eo occu-
 7 paretur, cupidissimus, dux bello peritissimus, civis in toga,
 nisi ubi vereretur ne quem haberet parem, modestissimus,
 amicitiarum tenax, in offensis exorabilis, in reconcilianda
 gratia fidelissimus, in accipienda satisfactione facillimus,
 19 potentia sua numquam aut raro ad impotentiam usus, paene 1
 omnium vitiorum expertus, nisi numeraretur inter maxima
 in civitate libera dominaque gentium indignari, cum omnes
 cives iure haberet pares, quemquam aequalem dignitate
 15 conspiciere. hic a toga virili adsectus commilitio pruden- 5
 tissimi ducis, parentis sui, bonum et capax recta discendi
 ingenium singulari rerum militarium prudentia excoluerat,
 ut a Sertorio Metellus laudaretur magis, Pompeius time-
 retur validus. * *

30. Tum M. Perpenna praetorius, e proscriptis, 1
 2 gentis clarioris quam animi, Sertorium inter cenam Oscae
 interemit Romanisque certam victoriam, partibus suis ex-
 cidium, sibi turpissimam mortem pessimo auctoravit facti-
 6 no. Metellus et Pompeius ex Hispaniis triumphaverunt; 2
 sed Pompeius, hoc quoque triumpho adhuc eques Roma-
 22 nus, ante diem quam consulatum iniret, curru urbem in-

1 *sed ea* *Bermani*; *sed* *ex AP*; *conscientiamque*, *sed* *add.*
 8 *1* *constantiamque A* 2 *quae* *add. Abius* 3 *curu* *Lipson-*
cius AP; *ultima MA*; *ultima P* 5 *in* *Moscow*; *et AP*
 6 *belli Lips* 7 *ne* *quem A* 11 *o* *ustorura AP*; *ex Abius*

12 *in* *civitate M*; *in* *civitate A*, *sed* *in* *et* *in* *punctatim*
civitate P 14 *hic* *a M*; *hinc AP*; *adsumptus Rulok*.

16 *prudenter* *coloriora* *et* *a AP*, *ex Rulok*; *Bermani*; *col.*
ut, *sic* *habet*, *ut* *potius* *hij* *videntur* *prudenter* *colorior*, *ita*
14 a 17 *timetur* *validus A*; *signum* *lacunae* *videtur* *Kronas*

19 *Perperna Rulok* 20 *contra AP*; *Etosius AP*, *ex*
Puteanus et Allen 21 *Romanorum A* 22 *et* *ex A*
Hispanis MA; *Hispanis P*

3 vectus est. quem virum quis non miretur per tot extra-
 ordinaria imperia in summum fastigium euectum iniquo
 tulisse animo, C. Caesaris *absentis* in altero consulatu
 petendo senatum populumque Romanum rationem habere:
 adeo familiare est hominibus omnia sibi ignoscere, nihil
 aliis remittere, et invidiam rerum non ad causam, sed ad
 4 voluntatem personasque dirigere. hoc consulatu Pompeius
 tribuniciam potestatem restituit, cuius Sulla imaginem
 5 sine re reliquerat. dum Sertorianum bellum in Hispania
 geritur, quattuor et sexaginta fugitivi e ludo gladiatorio
 Capua profugientes duce Spartaco, raptis ex ea urbe gla-
 diis, primo Vesuvium montem petiere, mox crescente in
 dies multitudine gravibus variisque casibus adfecere Italiam.
 6 quorum numerus in tantum adulevit, ut qua ultima dimi-
 cavere acie, nonaginta milia hominum se Romano exercitui
 15 opposuerint. huius patrati gloria penes M. Crassum fuit,
 mox rei publicae [omnium] principem.

1 31. Converterat Cn. Pompei persona totum in se
 terrarum orbem et per omnia maior civi habebatur. qui
 cum consul perquam laudabiliter iurasset se in nullam
 20 provinciam ex eo magistratu iturum idque servasset, post
 biennium A. Gabinus tribunus legem tulit, ut cum belli
 more, non latrociniorum, orbem classibus iam, non furtivis
 expeditionibus piratae terrerent quasdamque etiam Italiae
 urbes diripuissent, Cn. Pompeius ad eos opprimendos mitte-
 25 retur essetque ei imperium aequum in omnibus provinciis
 cum proconsulibus usque ad quinquagesimum miliarium

1 quis nominetur A 2 uectum AP, em. Heinsius

3 animo P: iniquo A | *absentis* add. Krause 8 potestatem
 Gelenius: P. AP 9 sine re *idem*: in iure AP 10 LXXIII
 Lipsius 12 in dies crescente A 14 quo ultima A, qua
 ultimo P 15 XC milia Vossius: XL a CCC AP, CXX m.
 alii *secundum Appianum* | exercitu A 17 omnium P, omni A,
 del. Lipsius, per omnia Kreyssig, mox Ro. nominis Ruhnk.
 fort. nomine cf. 44, 2 19 maior civi Heinsius: maiore vi AP
 24 etiam om. A 26 eequum (s. l. equum) A

a mari. quo scito paene totius tetrarum orbis imperium 3
 uni viro deferrebat; sed tamen idem hoc ante septennium
 in M. Antoni praetura decretum erat sed interdum per 4
 sona ut exemplo nocet, ita invidiam auget aut levat: in
 5 Antonio homines aequo animo passi erant; raro enim in-
 videtur eorum honoribus, quorum vis non timetur: contra
 in iis homines extraordinaria reformulant, qui ea suo ar-
 bitrio aut deposituri aut retenturi videntur et modum in
 voluntate habent. dissuadebant optimates, sed consilia
 10 impetu victa sunt.

32. Digna est memoria Q. Catuli cum auctoritas 1
 tum verecundia. qui cum dissuadens legem in contione
 dixisset esse quidem praecclarum virum Cn. Pompeium,
 sed nimium iam liberae rei publicae neque omnia in uno
 15 reponenda adiecissetque: 'si quid huic acciderit, quem in
 eius locum substituetis?', subclamavit universa contio, te,
 Q. Catule. tum ille victus consensu omnium et tam
 honorifico civitatis testimonio e contione discessit. hic 2
 hominis verecundiam, populi iustitiam mirari libet, huius,
 20 quod non ultra contendit, plebis, quod dissuadentem et
 adversarium voluntatis suae vero testimonio fraudare noluit.
 per idem tempus Cotta iudicandi munus, quod C. Gracchus 3
 ereptum senatui ad equites, Sulla ab illis ad senatum
 transtulerant, aequaliter in utrumque ordinem partitus
 25 est; Otho Roscius lege sua equitibus in theatro loca
 restituit. at Cn. Pompeius multis et praecclaris viris in 4
 id bellum adsumptis discriptoque paene in omnis recessus

1 quo ante *Slepk* quon. $\bar{\tau}$ A, quo aetate Cn. P, quo
 plebiscito *Cicero*. 2 septennium *Krass*: literaliter AP
 3 Antoni AP (Antonio praetere *Böhmer*). 4 levi A, in-
 vidiam levat *Müller* (sive auget aut). 7 extraordinaria impe-
 ria *Mommsen*. 14 liberae A (cum *causa post hoc*, liber aere
 (aere P) MP. 16 substituetis AP, em. *Vossius* | 109,
 Catule A. 21 voluntati *Baer*: testimonio A. 24 tran-
 stulerat A | in A: inter P *cf. Nipperdey ad Tac. Ann.* 1, 25
 25 Otho R *Potamus*: ut *Horn*: AP. 27 discripta quae A,
 discriptaque P | paene *Horn*: sic ut A, em. P.

maris praesidio navium, brevi inexcuperabili manu terra-
rum orbem liberavit praedonesque saepe multis iam aliis
locis victos circa Ciliciam classe adgressus fudit ac fugavit;
5 et quo maturius bellum tam late diffusum conficeret, reli-
quias eorum contractas in urbibus remotoque mari loco 5
6 in certa sede constituit. sunt qui hoc carpant, sed quam-
quam in auctore satis rationis est, tamen ratio quemlibet
magnum auctorem faceret; data enim facultate sine raptu
vivendi rapinis arcuit.

1 33. Cum esset in fine bellum piraticum et L. Lu- 10
cullus, qui ante septem annos ex consulatu sortitus
Asiam Mithridati oppositus erat magnasque et memorabiles
res ibi gesserat, Mithridatem saepe multis locis fuderat,
egregia Cyzicum liberarat victoria, Tigranem, regum maxi-
mum, in Armenia vicerat ultimamque bello manum paene 15
magis noluerat imponere quam non potuerat, quia alioqui
per omnia laudabilis et bello paene invictus pecuniae
pellebatur cupidine, idem bellum adhuc administraret,
Manilius tribunus pl., semper venalis et alienae minister
potentiae, legem tulit, ut bellum Mithridaticum per Cn. 20
2 Pompeium administraretur. accepta ea magnisque cer-
tatum inter imperatores iurgiis, cum Pompeius Lucullo
infamiam pecuniae, Lucullus Pompeio interminatam cupi-
ditatem obiiceret imperii neuterque ab altero quod arguebat

1 inexcuperabili *P* | malo *Herclius* 2 *praedonesque per
multa a multis locis *AP*, pr. permultis iam aliis locis *Huth*,
pr. saepe antea multis l. *Mommsen*, cf. 2, 33, 1 3 uictis *P*

4 quo *P*: quod *A* 7 tamen *A*: tum *P* et corr. *A*

9 arguit *A* 10 Mithridaticum *Santenius*; at ait *Velleius*: cum
esset in fine bellum piraticum, quod gerebat Pompeius, et Lu-
cullus Mithridaticum adhuc administraret | et] cum et *AP*

11 ex COS. *AP* 12 et *A*: ac *P* 13 Mithridatem — Tigra-
nen *P* 14 regem *Kritz* 16 quia *Bothe*: qui *AP* 18 pelle-
batur *A*: expellebatur *P*, exereebatur *Rudink*. polluebatur *Ber-
nays*, pelliciebatur *Madvig*, an non explēbatur? nisi idem fere
illud pellebatur significat 21 neuterque *M*: ne uterque *AP*
| ab altero quod arguebat *Burman*: ab eo quod arguebatur *AP*;
ab eo quo arguebatur *Gelenius*

mentitus argui posset, non neque Pompeius, ut primum
 ad rem publicam adgressus est, quomquam omnino parem
 tulit, et in quibus rebus primus esse debebat, solus esse
 cupiebat (neque eo viro quisquam aut alia omnia minus
 aut gloriam magis concupit, in adpetendis honoribus in-
 modicus, in gerendis verecundissimus, ut qui eos ut liben-
 tissime iniret, ita finiret aequo animo, et quod cupisset,
 arbitrio suo sumeret, alieno deponeret) et Lucullus, summus
 alioqui vir, profusae huius in aedificiis convictibusque et
 apparatus luxuriae primus auctor fuit, quem ob infectas
 moles mari et receptum suffossis montibus in terras mare
 haud infecte Magnus Pompeius Neryen togatum vocare
 adsueverat.

34. Per id tempus a Q. Metello Creta insula in
 1) populi Romani potestatem redacta est, quae ducibus
 Panare et Lesthene quattuor et viginti milibus iuvenum
 coactis, velocitate pernicibus, armorum laborumque poten-
 tissimis, sagittarum usu celeberrimis, per triennium Romo-
 nos exercitus fatigaverat. ne ab huius quidem usura
 2) gloriae temperavit animum Cui Pompeius, quin victoriae
 partem conaretur vindicare. sed et Luculli et Metelli
 triumphum cum ipsorum singularis virtus, tum etiam in-
 vidia Pompei apud optatum quemque fecit favorabilem.
 per haec tempora M. Cicero, qui omnia incrementa sua sibi
 3) debuit, vic novitatis nobilissimae et ut vita clarus, ita in-
 genio maximus, quique efficit, ne quorum arma vicimus,
 eorum ingenio vincemur, consul Sergii Catilinae Lentuli
 que et Cethegi et aliorum utriusque ordinis virorum cen-
 surationem singulari virtute, constantia, vigilia curaque

2 ad MA: om. P (scilicet Archelaus) ultimo AP, utque
 animo Liparis. 6 et ipsi Liparis profante Maritimo II, 203

8 ante AP, om. Archelaus 12 infectis A: infectis F
 Neryen AP 16 Lesthene A 18 Romanos A 18 ne add.
 Gelentis: utraque gloria AP, om. Elassonae 20 quomodo
 Cicero: qui AP 24 quomodo Cethegi: qui AP 28 utrius-
 que P: utrius MA

4 aperuit. Catilina metu consularis imperii urbe pulsus est; Lentulus consularis et praetor iterum Cethegusque et alii clari nominis viri auctore senatu, iussu consulis in carcere necati sunt.

1 35. Ille senatus dies, quo haec acta sunt, vir- 5
tutem M. Catonis iam multis in rebus conspicuam atque
2 praenitentem in altissimo culmine locavit. hic genitus
proavo M. Catone, principe illo familiae Porciae, homo
Virtuti simillimus et per omnia ingenio diis quam homini-
bus propior, qui numquam recte fecit, ut facere videretur, 10
sed quia aliter facere non potuerat, cuique id solum visum
est rationem habere, quod haberet iustitiam, omnibus
humanis vitiis immunis semper fortunam in sua potestate
3 habuit. hic tribunus pl. designatus et adhuc admodum
adulescens, cum alii suaderent, ut per municipia Lentulus 15
coniuratique custodirentur, paene inter ultimos interro-
gatus sententiam, tanta vi animi atque ingenii invectus
est in coniurationem, eo ardore oris orationem omnium
4 lenitatem suadentium societate consilii suspectam fecit, sic
impudentia ex ruinis incendiisque urbis et commutatione 20
status publici pericula exposuit, ita consulis virtutem ampli-
ficavit, ut universus senatus in eius sententiam transiret
animadvertendumque in eos, quos praediximus, censeret
maiorque pars ordinis eius Ciceronem prosequerentur do-
5 mum. at Catilina non segnius conata obiit, quam sceleris 25
conandi consilia inierat: quippe fortissime dimicans, quem
spiritum supplicio debuerat, proelio reddidit.

1 aperuit *Gelenius*: eripuit *AP*, eruit *Lipsius*, ut est in *Livii Per.* 102: ea coniuratio industria M. Tullii Ciceronis eruta est | consularis (*ante imp.*) *MA*: *om. P* 7 culmine locavit *Madrig*: luminavit *AP*, lumine collocavit *Burman* 8 homo *P*: non *MA* 9 et *P*: sed *A* 11 poterat *Gelenius* 12 iustitiae *AP* 14 et *Vossius*: est *MA*, *om. P* 18 eo *Lipsius*: et *AP*, ita *Krause* 21 consilis *M*, consilii *AP* 21 Ciceronem *Hottinger*: Catonem *AP* 25 conata *Acidalius*: nota *M*, nota *AP* 26 intererat *A* 27 supplicio d. proelio *Gelenius*:

36. Consulatu Ciceronis non mediocre adiecit de-
 1 cus natus eo anno divus Augustus abhinc annos nona-
 ginta, omnibus omnium gentium viris magnitudine sua
 indurturus caliginem. iam pæne supervacaneum videri 2
 3 potest eminentium ingeniorum notare tempora, quis enim
 ignorat diremptos gradibus ætatis floruisse hoc tempore
 Ciceronem, Hortensium, antequæ Crassum, Cottam, Sul-
 picium, moxque Brutum, Calpurnium, Cæcium, Calvum et
 proximum Ciceroni Cæsarem eorumque velut abun-
 10 Corvinum ac Pollionem Asinium, aculumque Thucydidis
 Sallustium, auctoresque carminum Varronem ac Lucretium
 neque ullo in suscepto carminis sui opere minorem Cat-
 tullum. pæne stulta est inhaerentium oculis ingeniorum 3
 15 enumeratio, inter quæ maxime nostri ævi eminent princeps
 carminum Vergilius Rabiriusque et consecutus Sal-
 lustium Livius Tibullusque et Naso, perfectissimi in forma
 operis sui; nam vivorum ut magna admiratio, ita censura
 difficilis est.

37. Dum hæc in urbe Italiaque geruntur, Cn. 1
 2 Pompeius memorabile adversus Mithridatē, qui post
 Luculli profectionem magnas novi exercitus viris repara-
 verat, bellum gessit. at rex fusus fugatusque et omnis 2
 3 exutus copiis Armeniam Tigranemque socer generum petit,
 regem eius temporis, nisi qua Luculli armis erat infractus,

supplicio d. supplicio P. deb. supplicio A. supplicio deb. A
 2 LXXX Krit.: LXXVII AP, LXXXII Aldus

6 diremptos M 7 antequæ ed. Bipont: eaque AP, antequæ
 Hænsius, Antonium Aldus, antequæ Antoniana Hænsi | Cottam
 Aldus: Catonem AP 11 Sallustium AP, vel p. 15 A Sall.

12 * in suscepto carminis sui opere | in suscepti operis sui
 carmine AP, in suscepti opera facta Rabir., utrumque testimo-
 nium de loco per desperato c. quod Krit.: Catullum A. Cal-
 purnium P 14 princeps M. I. princeps P 15 Horatiusque P
 16 perfectissimo AP 17 cap. 27 Hænsi post cap. 33
 transponendum esse censet 21 socius AP | paraverat Hænsi.

22 et M. A. Ac P 23 socer generum Hænsius: socerum
 AP, generum Aldus | petat AP, em. Gellius 24 regem Bæ-
 man | quæ Grævius: quæ AP

3 potentissimum. simul itaque duos persecutus Pompeius
 intravit Armeniam. prior filius Tigranis, sed discors patri,
 4 pervenit ad Pompeium; mox ipse supplex et praesens se
 regnumque ditioni eius permisit, praefatus neminem alium
 neque Romanum neque ullius gentis virum futurum fuisse, 5
 cuius se potestati commissurus foret, quam Cn. Pompeium;
 proinde omnem sibi vel adversam vel secundam, cuius
 auctor ille esset, fortunam tolerabilem futuram: non esse
 turpe ab eo vinci, quem vincere esset nefas, neque in-
 honeste aliquem summitti huic, quem fortuna super omnis 10
 5 extulisset. servatus regi honos imperii, sed multato in-
 genti pecunia, quae omnis, sicuti Pompeio moris erat,
 redacta in quaestoris potestatem ac publicis descripta
 litteris. Syria aliaeque, quas occupaverat, provinciae ere-
 ptae, et aliae restitutae populo Romano, aliae tum primum 15
 in eius potestatem redactae, ut Syria, quae tum pri-
 mum facta est stipendiaria. finis imperii regii terminatus
 Armenia.

1 38. Haud absurdum videtur propositi operis re-
 gulae paucis perecurrere, quae cuiusque ductu gens ac 20
 natio redacta in formulam provinciae stipendiaria facta
 sit, ut quae partibus notavimus, facilius simul universa
 2 conspici possint. primus in Siciliam traiecit exercitum
 consul Claudius, set provinciam eam post annos ferme
 duos et quinquaginta captis Syracusis fecit Marcellus 25
 Claudius. primus Africam Regulus nono ferme anno primi
 Punici belli **; sed post centum et novem annos P. Scipio

4 ditioni AP 6 potestati Aldus: societati AP 7 proin A

10 huic A: om. P (neque ei inhoneste Rhen. in marg.)

12 omnes A | Pompeio, sicuti Acidal. 13 redacta ad quae-
 storem Ruhnk. 14 quas P: quae A | occupauerant AP, em.
 Gelenius 17 imperi regi AP, em. Heinsius 21 stipendiaria
 facta Amerbach in marg. et Lipsius: stipendia pacta AP, stip.
 pacta del. Krause 22 notavimus facilius ut quae partibus

AP, verba transposuit Acidalius 24 set Sauppe: et AP

25 Marcellius A 26 primus in Africam Gelenius 27 fort.
 belli aggressus est | CVIII Bipontini: CCIII. AP

Aemilius eritā Carthagine abhinc annos centum septuaginta tris Africam in formulam redegit provinciae. Sardinia inter primum et secundum bellum Punicum ductu T. Manlii consulis certum recepit imperii iugum. inanno 7
 5 bellicae civitatis argumentum, quod semel sub regibus, iterum hoc T. Manlio consule, tertio Augusto principe certae pacis argumentum Iunus geminus clausus dedit. in 4
 Hispaniam primi omnium duxere exercitus Cn. et P. Scipiones initio secundi belli Punci abhinc annos ducentos quinquaginta; inde varie possessa et saepe amissa partibus, 10
 universa ductu Augusti facta stipendiaria est. Macedoniam 5
 Paulus, Mummius Achaiam, Fulvius Nobilior subegit Aetoliam, Asiam L. Scipio, Africani frater, eripuit Antiocho, sed beneficio senatus populique Romani mox ab Attalis 14
 possessam regibus M. Perperna capto Aristonico fecit tributariam. Cyprus devicta nullius adsignanda gloriae est; 20
 quippe senatus consulto, ministerio Catonis, regis morte, quam ille conscientia acciverat, facta provincia est. Creta Metelli ductu longissimae libertatis fine multata est. Syria 26
 Pontusque Cn. Pompei virtutis monumenta sunt.

39. Gallias primum a Domitio Fabioque, nepote 1
 Pauli, qui Allobrogicus vocatus est, intratas cum exercitu, magna mox clade nostra, saepe et adfectavimus et omnissimus, sed fulgentissimam C. Caesaris opus in iis conspicitur; quippe eius ductu suscipiensque infractae plane

1 CLXXIII Kritz. CLXXXII P. 5 cert. documentum *Orelli* | simul P: *ant* A. 6 tertio P. III. A. tertium *Diopold.*
 7 Iunus geminus MA, em. in P. 8 Hispaniam AP, em. *Chadus*
 9 initio P: in otia A, superer. *initio Brutus*
 10 amissa *Beckh*. 14 ab Attalis *Gelenius*: *Lubna* h. AP
 15 regibus P: om. A. 16 Cyprus (an Cyprus?) d. nullius adsignanda gloriae est *gloriae est*. *Lussemb.* Cyprus devicta nulli adsignanda gloria est AP, Cypru devictae nulli (nulli ad) a. gloria est *Gelenius*, in Cypro devicta nulli a. g. d. *Orelli*. 17 plebs ante *Cujacius*. 19 hinc A | est A et *Acidali*: h. P. 21 primum A | a *abd. Albus* | Fulvius *Ursinus* | Fulvius AP, et F. *Gelenius*. 23 amissam AP, em. *Hebraeus*. 24 h. P. h. A. 25 plane *Burmann* | paene AP, ad partem com. *Hantz*, illam quod plane t. *Lipsius*

idem, quod totus terrarum orbis, in aerarium conferunt
 2 stipendium. ab eodem facta *** Numidicus. Ciliciam
 perdomuit Isauricus et post bellum Antiochinum Vulso
 Manlius Gallograeciam. Bithynia, ut praediximus, testamento
 Nicomedis relicta hereditaria. Divus Augustus praeter 5
 Hispanias aliasque gentis, quarum titulis forum eius prae-
 nitet, paene idem facta Aegypto stipendiaria, quantum
 3 pater eius Galliis, in aerarium redditus contulit. at Ti. Caesar
 quam certam Hispanis parendi confessionem extorserat
 parens, Illyriis Delmatisque extorsit. Raetiam autem et 10
 Vindelicos ac Noricos Pannoniamque et Scordiscos novas
 imperio nostro subiunxit provincias. ut has armis, ita
 auctoritate Cappadociam populo Romano fecit stipendiariam.
 sed revertamur ad ordinem.

1 40. Secuta deinde Cn. Pompei militia, gloriae labo- 15
 risne maioris incertum est. penetratae cum victoria Media,
 Albania, Hiberia; deinde flexum agmen ad eas nationes,
 quae dextra atque intima Ponti incolunt, Colchos Heniochos-
 que et Achaeos, et oppressus auspiciis Pompei, insidiis
 filii Pharnacis Mithridates, ultimus omnium iuris sui re- 20
 2 gum praeter Parthicos. tum victor omnium quas adierat
 gentium Pompeius suoque et civium voto maior et per
 omnia fortunam hominis egressus revertit in Italiam. cuius
 redditum favorabilem opinio fecerat; quippe plerique non
 sine exercitu venturum in urbem adfirmarant et libertati 25

1 in aerarium *Aldus*: ignauum *AP* 2 facta [Numidia
 provincia, e qua iam olim cognomen virtute partum detulerat
 Metellus] Numidicus *supplevit Haase* 3 Isauricus et *Sigo-*
nus: uisa uicisset *AP* 4 Bythiniam *A* 7 paene idem
delendum censet Kuhn. ut ex versus 1 *illatum, fort. p.* tantum
 8 *Galli *M**AP*, Gallia *Gelen*. | redditus *MA* | at *AP*:
 ad *M* | Ti. *Ursinus*: T. *M**AP* 10 parens *Ursinus*: parem *AP*
 | extorsit *MA*: om. *P* | Raetiam *A*: Rhetiam *P* 11 ac *P*:
 et *A* | Cordiscos *AP* 17 Albani Hiberi (*Ilideri A*) ac deinde
AP, em. Burman 18 Eniochosque *A* 20 filii *AP* | *Phar-*
nacis A: Pharnaces *P* 23 reuertit' *A* 25 adfirmabant
AP, em. Mommsen

publicae statuturum arbitrio suo modum. quo magis hoc
 homines timuerant, eo gravior civilis tanti imperatoris
 reditus fuit: omni quippe Brundisii dimisso exercitu nihil
 praeter nomen imperatoris retinens cum privato comitatu,
 quem semper illi astare moris fuit, in urbem redit magni-
 ficentissimumque de tot regibus per biduum egit trium-
 phum longeque maiorem omni ante se iulata pecunia in
 aerarium, praeterquam a Paulo, ex manubus intulit. ab-
 sente Cn. Pompeio T. Ampius et T. Labienus tribuni pl.
 legem tulerant, ut is ludis circensibus corona aurea et
 omni cultu triumphantium uteretur, scaenicis autem praetexta
 coronaque aurea. id ille non plus quam semel, et
 hoc sane nimium fuit, usurpare sustinuit. huius vici fasti-
 gium tantis auctibus fortuna extulit, ut primum ex Africa,
 iterum ex Europa, tertio ex Asia triumpharet et, quot
 partes terrarum orbis sunt, totidem faceret monumenta
 victoriae suae. nunquam eminentia invidia carent itaque
 et Lucullus, memor tamen acceptae iniuriae, et Metellus
 Creticus non iniuste querens (quippe ornamentum triumphi
 eius captivos duces Pompeius subduxerat) et cum iis pars
 optimatum refragabatur, ne aut promissa civitatibus a
 Pompeio aut bene meritis praemia ad arbitrium eius per-
 solverentur.

41. Secutus deinde est consulatus C. Caesaris, qui
 scribenti manum iniicit et quamlibet festinantem in se

5 * illa fatar AP, illi trahere et vocem tr. Haute Ruhnk
 illi a latere habere Orelli, illum sestari Burman; nostra scri-
 ptura 'das ihm gewöhnlich vor sich stand' simplicissima cul-
 tur caeterumque proxime ad codicum rectitudinem accedit. 7 pecuniam
 Kreyssig. 8 praeterquam AP, praeterquam & P obelo nota-
 runt Vossius et Ruhnk. 9 Labienus A; Labenius P et corr. A
 10 tulerunt AP, esse Aridulius; de Ursonis. ad AP; 10 et
 12 laurea Lipsius, at v. Burghes, Ovarret I, 452. 14 primum
 Scholiasta Lucani 9, 178 p. 695 Web. primum AP. 16 orbis
 terrarum A, terrae Schol. Lucani. 18 tantum Orelli. 20 duces
 Rheinanus in marg. et A x. l. duxes P, duxes A. 24 quilibet
 25 quamlibet M/A; quolibet P.

morari cogit. hic nobilissima Iuliorum genitus familia et, quod inter omnis antiquitatis studiosos constabat, ab Anchise ac Venere deducens genus, forma omnium civium excellentissimus, vigore animi acerrimus, munificentia effusissimus, animo super humanam et naturam et fidem⁵ euectus, magnitudine cogitationum, celeritate bellandi, patientia periculorum Magno illi Alexandro, sed sobrio neque iracundo simillimus, qui denique semper et cibo et somno in vitam, non in voluptatem uteretur, cum fuisset C. Mario sanguine coniunctissimus atque idem Cinnae¹⁰ gener, cuius filiam ut repudiaret nullo metu compelli potuit, cum M. Piso consularis Anniam, quae Cinnae uxor fuerat, in Sullae dimisisset gratiam, habuissetque fere duodeviginti annos eo tempore, quo Sulla rerum potitus est, magis ministris Sullae adiutoribusque partium quam¹⁵ ipso conquirentibus eum ad necem mutata veste dissimilemque fortunae suae indutus habitum nocte urbe elapsus³ est. idem postea admodum iuuenis, cum a piratis captus esset, ita se per omne spatium, quo ab iis retentus est, apud eos gessit, ut pariter iis terrori venerationique esset,²⁰ neque unquam aut nocte aut die (cur enim quod vel maximum est, si narrari verbis speciosis non potest, omittatur?) aut excalcearetur aut discingeretur, in hoc scilicet, ne si quando aliquid ex solito variaret, suspectus iis, qui oculis tantummodo eum custodiebant, foret.²⁵

1 42. Longum est narrare, quid et quotiens ausus sit, quanto opere conata eius qui obtinebat Asiam magistratus populi Romani metu suo destituerit: illud referatur

2 *antiquitatis studiosos (vel curiosos): antiquissimos *AP*, antiquitatis peritos *Orelli*, inter omnis constat, antiquissima *Acidalius*, quod monumentis antiquissimis constabat *Bernays*

4 munificentiae effusissimus *AP*, em. *Gelenius* 5 animo] omnino *Lips.* 8 et cibo et somno *A*: et somno et cibo *P*, cf. *Kreyssig. p. XXXIII* 19 se per *M*: semper *AP* | his *AP*, item v. 20 et 25 (hic *A* hiis) 21 aut die aut nocte *A* 28 metu *Gelenius*: motu *AP* | destituere *AP*

documentum tanti mox evasuri viri. quae nox eam diem 2
 secuta est, qua publica civitatum pecunia redemptus est,
 ita tamen, ut cogeret ante obsides à piratis civitatibus
 dari, contracta classe et privatus et tumultuaria manu in-
 vectus in eum locum, in quo ipsi praedones erant, par-
 tem classis fugavit, partem mersit, aliquot navis multosque
 mortalis cepit; laetusque nocturnae expeditionis triumpho 3
 ad suos revectus est, mandatisque custodiae quos ceperat,
 in Bithyniam perrexit ad praesulem Iuncum (is enim
 4 cum Asia eam quoque obtinebat) petens, ut auctor fieret
 sumendi de captivis supplicii: quod cum ille se facturum
 negasset venditurumque captivos dixisset (quippe seque-
 batur invidia inertiam), incredibili celeritate revectus ad
 mare, priusquam de ea re ulli praesulis redderentur
 5 epistolae, omnes, quos ceperat, suffixit cruci.

43. Idem mox ad sacerdotum insulam (quippe 1
 absens pontifex factus erat in Cottae consularis locum,
 cum paene puer a Mario Cimaeque flamen dialis creatus
 victoria Sullae, qui omnia ab iis acta fecerat irrita, ami-
 2 sisset id sacerdotium) festinans in Italiam, ne conspice-
 retur a praedonibus omnia tunc obtinentibus maria et
 merito iam infestis sibi, quattuor scdmorum navem una
 cum duobus amicis decemque servis ingressus effusissimum
 Adriatici maris traiecit sinum quo quidem in cursu con- 2
 3 spectis, ut putabat, piratarum navibus cum exisset vestem
 alligassetque pugionem ad femur alterutri se fortunae pa-
 rans, mox intellexit frustratum esse visum suum arbo-

2 sequita A | civitatem A | est M.A. 186. P. 3 cogebatur A

4 privata Gelonius, private Clodius | mox ad fidem

8 revectus Haue: reverts AP. 9 Iuncum Nipperdus Iunius

AP, cf. Plut. r. Cras. 2 | idem (sunt in) eum cum A. cum

quoque obt. Bpantinē cum idem cum Asia eam quoque obti-

nebat AP. 13 avortia inertiam Oudendorp. 14 redderentur

M: redderetur AP. 15 epistola M.A.P. cum Baece

18 cum abdidit Lipsius. 20 id Gelonius ad AP. 22 iam]

tam AP. 23 effusissimum A

rumque ex longinquo ordinem antemnarum prae-
 3 imaginem. reliqua eius acta in urbe, nobilissima Cn. Dol-
 bellae accensio et maior civitatis in ea favor, quam reis
 praestari solet, contentionesque civiles cum Q. Catulo at-
 que aliis eminentissimis viris celeberrimae, et ante prae- 5
 turam victus in maximi pontificatus petitione Q. Catulus,
 4 omnium confessione senatus princeps, et restituta in aedili-
 tate adversante quidem nobilitate monumenta C. Marii,
 simulque revocati ad ius dignitatis proscriptorum liberi,
 et praetura quaesturaque mirabili virtute atque industria 10
 obita in Hispania, (cum esset quaestor sub Vetere Anti-
 stio, avo huius Veteris consularis atque pontificis, duorum
 consularium et sacerdotum patris, viri in tantum boni, in
 quantum humana simplicitas intellegi potest) quo notiora
 sunt, minus egent stilo. 15

1 44. Hoc igitur consule inter eum et Cn. Pompeium
 et M. Crassum inita potentiae societas, quae urbi orbique
 terrarum nec minus diverso euique tempore ipsis exitiabilis
 2 fuit. hoc consilium sequendi Pompeius causam habuerat,
 ut tandem acta in transmarinis provinciis, quibus, ut prae- 20
 diximus, multi obtrectabant, per Caesarem confirmarentur
 consulem, Caesar autem, quod animadvertibat se cedendo
 Pompei gloriae aucturum suam et invidia communis po-
 tentiae in illum relegata confirmaturum vires suas, Crassus,
 ut quem principatum solus adsequi non poterat, auctori- 25
 3 tate Pompei, viribus teneret Caesaris. adfinitas etiam inter
 Caesarem Pompeiumque contracta nuptiis, quippe *Iuliam*,
 4 filiam C. Caesaris, Cn. Magnus duxit uxorem. in hoc con-
 sulatu Caesar legem tulit, ut ager Campanus plebei divi-
 deretur, suasore legis Pompeio: ita circiter viginti milia 30

2 nobilissimaque Dolobellae *AP*, em. *Haase* 3 fort.
 quam qui reis 4 praestare *A* 6 in *addidi* 11 obitae
Heinsius 12 atque *P*: ac *A* 18 quoique *Acidalius*: quo-
 que *AP*, quamquam *Heinsius* 20 praedixi *A* 22 sece-
 dendo *A* 25 quem *MA*: qui *P* 26 viribus *P*: viri viri-
 bus *MA* 27 *Iuliam add. Orelli* 29 ut *P*: aut *A*

civium eo deducta et ius urbis restitutum post annos circiter centum quinquaginta duos quam bello Punico ab Romanis Capua in formam praefecturae redacta erat. Bibulus, collega Caesaris, cum actiones eius magis vellet impedire quam posset, maiore parte anni domi se tenuit: quo facto dum augere vult invidiam collegae, auxit potentiam. tum Caesari decretae in quinquennium Galliae.

45. Per idem tempus P. Clodius, homo nobilis, disertus, audax, quique *neque* dicendi neque faciendi ullum nisi quem vellet nosset modum, malorum propositorum executor acerrimus, infamis etiam sororis stupro et actus incesti reus ob initum inter religiosissima populi Romani sacra adulterium, cum graves inimicitias cum M. Cicerone exerceret (quid enim inter tam dissimiles amicum esse poterat?) et a patribus ad plebem transisset, legem in tribunatu tulit, qui civem Romanum indemnatum interemisset, ei aqua et igni interdiceretur: cuius verbis etsi non nominabatur Cicero, tamen solus petebatur. ite vir optime meritis de re publica conservatae patriae pretium calamitatem exilii tulit. non caruerunt suspitione oppressi Ciceronis Caesar et Pompeius, hoc sibi contraxisse videbatur Cicero, quod inter viginti viros dividendo agro Campano esse noluisset. idem intra biennium sera Cn. Pompei cura, verum ut coepit intenta, votisque Italiae ac decretis senatus, virtute atque actione Annii Milonis tribuni pl. dignitati patriaeque restitutus est. neque post Numidici exilium aut reditum quisquam aut expulsus invidiosus aut receptus est haecius: cum domus quam infeste a Clodio disiecta erat, tam speciose a senatu restituta est.

1 urbis *Hebraeus* ab his AP, civitate *Patoensis*, cf. *Modo Adr.* II, 304. 3 ergo om. A. 5 neque om. AP, qui neque *Vasconiam*. 15 damnatorum AP, em. *Patoensis*. 17 et] et AP [quibus verbis *Buchman*. 20 calamitate AP, em. *Gellianus*] suspensione A. 22 dividenda P. videndo A. 24 ut coepit *Gellianus* et caput AP] intenta *Weyler*: interita AP. 26 dignitate A.

4 idem P. Clodius in tribunatu sub honorificentissimo mini-
sterii titulo M. Catonem a re publica relegavit: quippe
legem tulit, ut is quaestor cum iure praetorio adiecto
etiam quaestore mitteretur in insulam Cyprum ad spolian- 5
dum regno Ptolemaeum, omnibus morum vitiis eam con-
5 tumeliam meritum. sed ille sub adventum Catonis vitae
suae vim intulit. unde pecuniam longe sperata maiorem
Cato Romam retulit: cuius integritatem laudari nefas est,
insolentia paene argui potest, quod una cum consulibus
ac senatu effusa civitate obviam, cum per Tiberim subiret 10
navibus, non ante iis egressus est, quam ad eum locum
pervenit, ubi erat exponenda pecunia.

1 46. Cum deinde inmanis res vix multis voluminibus
explicandas C. Caesar in Gallia gereret nec contentus pluri-
mis ac felicissimis victoriis innumerabilibusque caesis et 15
captis hostium milibus etiam in Britanniam traiecisset
exercitum, alterum paene imperio nostro ac suo quaerens
orbem, vetus par consulum, Cn. Pompeius et M. Crassus,
alterum iniere consulatum, qui neque petitus honeste ab
2 iis neque probabiliter gestus est. Caesari lege, quam 20
Pompeius ad populum tulit, prorogatae in idem spatium
temporis provinciae, Crasso bellum Parthicum iam animo
molienti Syria decreta: qui vir cetera sanctissimus immu-
nisque voluptatibus neque in pecunia neque in gloria
concupiscenda aut modum norat aut capiebat terminum. 25
3 hunc proficiscentem in Syriam diris cum omnibus tribuni
pl. frustra retinere conati: quorum execrationes si in
ipsum tantummodo valuissent, vile imperatoris damnum
4 salvo exercitu fuisset rei publicae. transgressum Euphra-

1 tribunatu *Heinsius*: senatu *AP* 4 quaestor emittere-
tur *AP* 5 Ptolemaeum *A* 11 iis] is *AP* 14 gereret
Stanger: ageret *AP* 15 et *MA*: ac *P* 18 vetus par *Ur-*
sinus: victus pars *AP* 20 hiis *A*, his *P* | legem quam *P*,
leges quas *A* 22 provinciae *om. A* | iam *Heinsius*: in *AP*,
om. Cludius 26 omnibus *A*: omnibus *P* 28 vile *Lipsius*:
utile *AP*, cf. *Tac. A.* 2, 85

ten Crassum petentemque Selenciam circumfusus innum-
 bus copiis equitum rex Orodes una cum parte iudore
 Romani exercitus interemti: reliquias legionum C. Cas-
 sius, atrocissimi mox auctor facinoris, tum quaestor, con-
 servavit Syriamque adeo in populi Romani potestate reti-
 nuit, ut transgressos in eam Parthos felici rerum eventu
 fugaret ac funderet.

47. Per haec insequentiaque et quae praediximus 1
 tempora amplius quadringenta milia hostium a C. Caesare
 caesa sunt, plura capta: pugnatum saepe directâ acie,
 saepe [in] agminibus, saepe eruptionibus, bis penetrata
 Britannia, novem denique aestatibus vix ulla non iustissi-
 mus triumphus emeritus. circa Alesiam vero tantae res
 gestae, quantas aulere vix hominis, perficere paene nullus
 nisi dei fuerit: quarto ferme anno Caesar morabatur in 2
 Gallis, cum medium iam ex invidia potentiae male concor-
 dentis inter Cn. Pompeium et C. Caesarem concordiae
 pignus Iulia, uxor Magni, decessit: atque omnia inter de-
 stinatos tanto discrimini duces dirimente fortuna filius
 quoque parvus Pompei, Iulia natus, intra breve spatium
 obiit. tum in gladios caedesque civium furente ambitu, 3
 cuius neque finis reperiebatur nec modus, tertius con-
 sulatus soli Cn. Pompeio etiam adversantium antea digni-
 tati eius iudicia delatus est, cuius ille honoris gloria veluti
 reconciliatis sibi optimatibus maxime a C. Caesare alienatus
 est: sed eius consulatus omnem vim in coercitione ambi-
 tus exercuit. quo tempore P. Clodius a Milone candidato 4

1 circumfusus Vastusmann: circumfusos AP, circumfusis
 Gelwood, cf. 112, 4. 2 in castris AP, in castris Lipsius, etc. Van-
 derlin, ut est in quod App. Gall. 1, 2 et Plut. c. Pomp. 67. 10 di-
 recta A, directâ P; versus fortassis A servavit deus 16, 2 et
 112, 8. 11 in castris Lipsius, cf. Liv. 29, 36, 4. 14 gestas
 M.A. est P. 15 quarto Laurent, septimo AP, quinto ob-

16 Gallis A: potentiae male Lipsius; Pompei et ca. P. Cassi-
 liae AP. 24 soluta P, soluta A. 26 concorventis Clodiam
 concorventis M, concorventis AP. 27 castra Lipsius non
 itum A.

consulatus exemplo inutili, sed facto salutari rei publicae circa Bovillas contracta ex occurso rixa iugulatus est. Milonem reum non magis invidia facti quam Pompei damnavit voluntas; quem quidem M. Cato palam lata absolvit sententia: qui si maturius tulisset, non defuissent qui sequerentur exemplum probarentque eum civem occisum, quo nemo perniciosior rei publicae neque bonis inimicior vixerat.

48. Intra breve deinde spatium belli civilis exarsunt initia, cum iustissimus quisque et a Caesare et a Pompeio vellet dimitti exercitus; quippe Pompeius in secundo consulatu Hispanias sibi decerni voluerat easque per triennium absens ipse ac praesidens urbi per Afranium et Petreium, consularem ac praetorium, legatos suos, administrabat et iis, qui a Caesare dimittendos exercitus contendebant, adsentabatur, iis, qui ab ipso quoque, adversabatur. qui si ante biennium, quam ad arma itum est, perfectis muneribus theatri et aliorum operum, quae ei circumdedit, gravissima temptatus valetudine decessisset in Campania, (quo quidem tempore universa Italia vota pro salute eius primi omnium civium suscepit) defuisset fortunae destruendi eius locus et, quam apud superos habuerat magnitudinem, inlibatam detulisset ad inferos. bello autem civili et tot, quae deinde per continuos viginti annos consecuta sunt, malis non alius maiorem flagrantioreque quam C. Curio tribunus pl. subiecit facem, vir nobilis, eloquens, audax, suae alienaeque et fortunae et pudicitiae prodigus, homo ingeniosissime nequam et facundus malo publico, cuius animo [voluptatibus vel libidini-

1 inutili sed *Ursinus*: inutiliter *AP*, inutili (*sine sed*) *Gelenius* 9 bellis *P* 13 *Afraanium P*, *Africanium M*, *Africanum A* 16 *adsentabatur om. A* | ab ipso quoque *MA*: dimittendos ab ipsoque *P ex interpolatione Rhenani* 19 tentatus *P* 21 primo *AP*, *em. Vascosanus* 29 cuius *Gelenius*: huius *AP* | volupt. vel libid. *glossam esse vidit Gruterus*; cuius insanis (nimis?) vol. *Ruhnck.*

bus] neque opes ullae neque cupiditates sufficere possent, hic primo pro Pompei partibus, id est, ut tunc habebatur, pro re publica, mox simulatione contra Pompeium et Caesarem, sed animo pro Caesare stetit. id gratis an accepto centies sestertio fecerit, ut accepimus, in medio relinquemus. ad ultimum saluberrimas [et] coalescentis 5 conditiones pacis, quas et Caesar iustissimo animo postulabat et Pompeius aequo recipiebat, discussit ac rupit, unice cavente Cicerone concordiae publicae. harum praeteritarumque rerum ordo cum iustis aliorum voluminibus promatur, tum, uti spero, nostris explicabitur. nunc pro 6 proposito operi sua forma reddatur, si prius gratulatus ero Q. Catulo, duobus Lucullis Metelloque et Hortensio, qui, cum sine invidia in re publica floruissent eminissentque 15 sine periculo, quieti aut certe non praecipitata fatali ante initium bellorum civilium morte functi sunt.

49. Lentulo et Marcello consulibus post urbem conditam annis septingentis et tribus, ante annos octo et 20 septuaginta, quam tu, M. Vinici, consulatum inires, bellum civile exarsit, alterius ducis causa melior videbatur, alterius erat firmior: hic omnia speciosa, illic valentia: Pompeium senatus auctoritas, Caesarem militum armavit fiducia, consules senatusque causae nomine Pompeio summam imperii detulerunt. nihil relictum a Caesare, quod servandae 3 pacis causa temptari posset, nihil receptum a Pompeianis, cum alter consul iusto esset firmior, Lentulus vero salva re publica salvus esse non posset, M. autem Cato morieu-

4 Caesare restitit AP. 5 sextertio A, SH P. 6 *et del. Gelenius*. 7 *favente A*, *favente Marci*. 10 *totum AP*, *est Gelenius*, cf. 113, 1. 15 *quieti et nol. Lips*. | praecipiti civitate *Malcog* *procurante Rubensius*. 17 COSS P, *CS. A*. 19 *annus caput in ed. Orell*. | DCCLII *Gelenius*; *XCCIII. P. 2*, CC III A. | *ante: et AP*, *et ante ad cf. 65. 2. 139. 2. ut non MA*; *est P*. 21 *nomine J. Fy. Grenovici*; *non AP*. 26 *temptari A*; *trivari P et corr. A*. 27 *alteri AP*. | COSS AP, *fort. corruptione cf. 61. 1*.

dum ante, quam ullam condicionem civis accipiendam rei publicae contenderet. vir antiquus et gravis Pompei partes laudaret magis, prudens sequeretur Caesaris et illa gloriosiora, haec terribiliora duceret. ut deinde spretis omnibus quae Caesar postulaverat, tantummodo contentus cum una legione titulum retinere provinciae, privatus in urbem veniret et se in petitione consulatus suffragiis populi Romani committeret decrevere, ratus bellandum Caesar cum exercitu Rubiconem transiit. Cn. Pompeius consulesque et maior pars senatus relicta urbe ac deinde Italia transmisere Dyrrachium.

50. At Caesar Domitio legionibusque, quae Corfini una cum eo fuerant, potitus, duce aliisque, qui voluerant abire ad Pompeium, sine dilatione dimissis, persecutus Brundisium, ita ut appareret malle integris rebus [et] condicionibus finire bellum quam opprimere fugientis, cum transgressos reperisset consules, in urbem revertit reditaque ratione consiliorum suorum in senatu et in conitione ac miserrimae necessitudinis, cum alienis armis ad arma compulsus esset, Hispanias petere decrevit. festinationem itineris eius aliquamdiu morata Massilia est, fide melior quam consilio prudentior, intempestive principalium armorum arbitria captans, quibus hi se debent interponere, qui non parentem coërcere possunt. exercitus deinde, qui sub Afranio consulari ac Petreio praetorio fuerat,

3 gloriosa AP, em. Cuperus 4 haec P: illa A 6 legione ne A | privatus Gelenius: priuatusque AP, privatus ut Mommsen 7 venire . . . committere AP, em. Gelenius

8 'ex. uet. sic habet, ut legendum existimem decreverat' Burer

11 Dyrrachium A, item p. 65, 4 12 legionibusque Corfini A, legionibusque Corfini quae P; apparet quae in M intercidisse et a Rhenano falso loco, ut vidit Baiterus, suppletum esse 13 voluerant Gelenius: venerant AP 14 dimissis, sine dilatione Acidalius 15 et om. Nagel in Act. lit. soc. Rh. Trai. IV, 282, cf. Kreyss. p. XXXV 17 reuertitur A

21 aliquamdiu P 23 hisce A, ii se Burman 25 Africano M, Africano AP, em. Burer | Praetorio A

ipsius adventus vigore ac fulgore occupatus se Caesari tradidit; uterque legatorum et quisquis cuiusque ordinis sequi eos voluerat, remisit ad Pompeium.

51. Proximo anno cum Dyrrachium ac vicina et 1
 A urbi regio castris Pompei obtineretur, qui secutus ex omni-
 bus transmarinis provinciis legionibus, equitum ac pedum
 auxiliis, regumque et tetrarcharum simulque dynastarum
 copiis inmanem exercitum confecerat et mare praesidiis
 classium, ut rebatur, saepserat, quo minus Caesar legiones
 10 posset transmittere, sua et celeritate et fortuna C. Caesar 2
 usus nihil in mora habuit, quo minus eo quo vellet ipse
 exercitusque classibus perveniret, et primo paene castris
 Pompei sua iungeret, mox etiam obsidione imminentisque
 eum complecteretur. sed inopia obsidentibus quam ob-
 15 sessis erat gravior. tum Balbus Cornelius excedente huma-
 nam fidem temeritate ingressus castra hostium saepiusque
 cum Lentulo collocutus consule, dubitante quanti se ven-
 deret, illis incrementis fecit viam, quibus non in Hispania
 ex cive natus, sed Hispanus, in triumphum et ponti-
 20 ficatum adsurgeret fieretque ex privato consularis. vari-
 tum deinde proelii, sed uno longe magis Pompeianis
 prospero, quo graviter impulsus sunt Caesaris milites.

52. Tum Caesar cum exercitu latam victoriae suae 1
 Thessaliam petiit. Pompeius, longe diversa alius suadenti 2
 20 bus, quorum plerique hortabantur, ut in Italiam trans-

1 aduentu AP. 3 remisit AP. 4 vicina P. vicina AM
 5 Pompei A: Pompeio MP, sed o in M posset. | obtineretur
 Homanis; retinetur MAP, tenentur e. | ex A corr. ex et
 7 et add. Gellius | tetrarcharum AM | simulq. MP) simul
 A, simul seu in route cf. 50, 1. 8 praesidiis dia A. 9 ut
 rebatur A & L et liben in usory. vincular A 1 in P. 11 qui
 vellet (hinc ex) Salustianus et cum vellet AP, et cum vellet et
 quo vellet Ruhnk. 14 obsidione erat P. obsiderat A.
 17 consule A: COS. P. 15 in H ex cive Hispanorum: Hispani-
 mae Asiae AP, Hispaniensi cive Bursen, Hispaniensis Ligorio.
 19 triumphum particularemque ed. Gell. error. 20 ex
 peregrino Bursen. 22 quo staret Fuchsich.

mitteret (neque hercules quidquam partibus illis salubrius fuit), alii, ut bellum traheret, quod dignatione partium in dies ipsis magis prosperum fieret, usus impetu suo
 3 hostem secutus est. aciem Pharsalicam et illum cruentissimum Romano nomini diem tantumque utriusque exercitus profusum sanguinis et conlisa inter se duo rei publicae capita effossumque alterum Romani imperii lumen
 4 recipit enafranda hic scripturae modus. illud notandum est: ut primum C. Caesar inclinatam vidit Pompeianorum aciem, neque prius neque antiquius quidquam habuit, quam
 5 ut in omnes partes, ut militari verbo ex consuetudine utar, dimitteret **. pro dii immortales, quod huius voluntatis erga Brutum suae postea vir tam mitis pretium tulit!
 6 nihil in illa victoria mirabilius, magnificentius, clarius fuit, quam quod neminem nisi acie consumptum civem patria desideravit: sed munus misericordiae corrumpit pertinacia, cum libentius vitam victor iam daret, quam victi
 1 acciperent.

53. Pompeius profugiens cum duobus Lentulis consularibus Sextoque filio et Favonio praetorio, quos comites ei fortuna adgregaverat, aliis, ut Parthos, aliis, ut Africam peteret, in qua fidelissimum partium suarum haberet regem

1 illius *Burman* 2 fuisset *Cludius* | dignationi *MAP* | partium *AP*: partem *M* 3 in die (indies *AP*) ipsiis (ipsis *P*) *MAP* 5 Romano *P*: Romani *MA* 6 conlisa *Gelenius*: consilio *AP* 8 et *addidi* 9 enarrandae *A* 12 ut *add. Gelenius* | verbo *A*: et verbo *P* | ex *Lipsius*: et *AP* 13 *supplet Ruhnk.* (post in omnes partes): praecones clamantes 'parce civibus'; an, ut *nanciscamur verbum militare, supplendum est: signum (vel tessera) 'parce civibus'?* cf. *Suet. Caes.* 75 acie Pharsalica proclamavit ut civibus parceretur. *App. B. C.* 2, 80 κήρυκας ἐς τὰς τάξεις πανταχοῦ περιέπεμπεν, οἱ τοῖς κηρῶσιν ἐκέλευον ἀψαυστεῖν τῶν ὁμοειδῶν κτλ. | proh *A* 14 suae om. *A* | post eam *AP*, em. *Rhenanus in marg.* 15 in illa . . quam quod *Haase*: illa . . quando *AP* 17 corrumpit *AP*, em. *Rhen. in mg.* 18 uictoriam dare *AP*, em. *Burer* 21 sextoque *P* 23 in quo *AP*

lubam, suadentibus, Aegyptum petere proposuit memor
 beneficiorum, quae in patrem eius Ptolemaei, qui tum
 puero quam inveni propior regnabat Alexandriae, contu-
 lerat. sed quis in adversis beneficiorum servat memo-
 2 riam? aut quis ullam calamitosis deberi putat gratiam?
 aut quando fortuna non mutat fidem? missi itaque ab
 rege, qui venientem Cn. Pompeium (is iam a Mytilenis
 Corneliam uxorem receptam in navem fugae comitem
 habere coeperat) consilio Theodoti et Achillae exciperent
 10 hortarenturque, ut ex oneraria in eam navem, quae ob-
 viam processerat, transcenderet: quod cum fecisset, prin-
 ceptis Romani nominis imperio arbitrioque Aegyptii mancipii
 C. Caesare P. Servilio consulibus iugulatus est. hic post
 3 tres consulatus et totidem triumphos domitumque terra-
 15 rum orbem sanctissimi atque praestantissimi viri in id
 evecti, super quod ascendi non potest, duodesexagesimum
 annum agentis pridie natalem ipsius vitae fuit exitus, in
 tantum in illo viro a se discordante fortuna, ut cui modo
 ad victoriam terra defuerat, deesset ad sepulturam. quid
 4 aliud quam nimium occupatos dixerim, quos in aetate et
 20 tanti et paene nostri saeculi viri fefellit quinquennium?
 cum a C. Attilio et Q. Servilio consulibus tam facilis esset
 amorum digestio, quod adieci, non ut arguerem, sed ne
 arguerer.

25 54. Non fuit maior in Caesarem, quam in Pompeium
 fuerat, regis eorumque, quorum is auctoritate regeretur,
 fides. quippe cum venientem eum temptassent insidis ac
 deinde bello lacessere auderent, utrique summorum im-
 peratorum, alteri mortuo, alteri superstiti meritis poenas

2 Ptolemaei AP. 3 prior (abd. x. l. prior) A. 9 con-
 pèrat A et Frotcher: coepit P. Achillae P. Achilli M. Achi A.
 10 obviam om. A. 15 obsequ. A. ut P. tunc om. A.
 20 aetatem AP, em. Rhen. in sig. 21 et om. A. 22 facilis
 Gelenus: felix (foelix A) AP. 24 maior P. non maior M. A.
 27 temptarent A, temptarent P. 28 conuocatus Momm-
 sen: pumico AP. 29 alteri mortuo supplent Lipsius.

2 luere suppliciis. nusquam erat Pompeius corpore, adhuc
 ubique vivebat nomine. quippe ingens partium eius favor
 bellum excitaverat Africum, quod ciebat rex Iuba et Scipio,
 vir consularis, ante biennium quam extingueretur Pom-
 3 peius, lectus ab eo socer, eorumque copias auxerat M. Cato, 5
 ingenti cum difficultate itinerum locorumque inopia per-
 ductis ad eos legionibus: qui vir cum summum ei a mili-
 tibus deferretur imperium, honoratori parere maluit.

1 55. Admonet promissae brevitatis fides, quanto omnia
 transcurso dicenda sint. sequens fortunam suam Caesar 10
 pervectus in Africam est, quam occiso C. Curione, Iulia-
 narum duce partium, Pompeiani obtinebant exercitus. ibi
 primo varia fortuna, mox pugnavit sua, inclinataeque
 2 hostium copiae: nec dissimilis ibi adversus victos quam
 in priores clementia Caesaris fuit. victorem Africani belli 15
 Caesarem gravius excepit Hispaniense (nam victus ab eo
 Pharnaces vix quidquam gloriae eius adstruxit), quod
 Cn. Pompeius, Magni filius, adulescens impetus ad bella
 maximi, ingens ac terribile conflaverat, undique ad eum
 adhuc paterni nominis magnitudinem sequentium ex toto 20
 3 orbe terrarum auxiliis confluentibus. sua Caesarem in
 Hispaniam comitata fortuna est, sed nullum unquam atro-
 cius periculosiusque ab eo initum proelium, adeo ut plus
 quam dubio Marte descenderet equo consistensque ante
 recedentem suorum aciem, increpita prius fortuna, quod 25
 se in eum servasset exitum, denuntiaret militibus vestigio
 se non recessurum: proinde viderent, quem et quo loco
 4 imperatorem deserturi forent. verecundia magis quam
 virtute acies restituta, et a duce quam a milite fortius.

2 vivebat *Heinsius*: Iubae *AP* 5 socer *MA*: sacer *P*
 7 a militibus *MA*: ambitus *P* 8 parere *Burer*: parare
P, parari *A* 9 quando *A* 10 sunt *A* 11 in pervectus
 in *A* | est *Orelli*: et *A*, om. *P* | *C. add. Stanger* 13 fortuna,
 mox p. sua *Acid. et Lipsius*: fortunam expugnauit uia *AP*
 16 Caesarem *A*: C. Caesarem *P* 18 ad bellandum *Gelenius*
 25 increpata *A pr. m.* 29 restituta et a *Orelli*: resti-
 tutae C. A. M., restitutae sunt a *AP*

Cn. Pompeius gravis vulnere inventus inter solitudines
 avias interemptus est; Labienum Varianque acies abstulit.

56. Caesar omnium victor regressus in urbem, quod 1
 humanam excedat fidem, omnibus, qui contra se arma
 2 tulerant, ignovit, et magnificentissimis gladiatorum numeris,
 naumachiae et equitum peditumque, simul elephentorum
 certaminis spectaculis epulique per multos dies dati cele-
 bratione replevit eam, quinque egit triumphos: Gallici 2
 apparatus ex citro, Pontici ex acantho, Alexandrini testu-
 dine, Africi ebore, Hispaniensis argento rasili constitit.
 pecunia ex manubiis lata paulo amplius sexiens miliens
 sestertium, neque illi tanto viro et tam clementer omni- 3
 bus victoriis suis uso plus quinque mensium principalis
 quies contigit, quippe cum mense Octobri in urbem re-
 4 vertisset, idibus Martiis, coniurationis auctoribus Bruto
 et Cassio, quorum alterum promittendo consulatum non
 obligaverat, contra differendo Cassium offenderat, adiectis
 etiam consiliariis caedis familiarissimis omnium et fortuna
 partium eius in summum evectis fastigium, D. Bruto et
 5 C. Trebonio aliisque clari nominis viris, interemptus est,
 cui magnam invidiam conciliarat M. Antonius, omnibus 4
 audendis paratissimus, consulatus collega, imponendo capiti
 eius Lupercalibus sedentis pro rostris insigne regium, quod
 ab eo ita repulsum erat, ut non offensus videretur.

57. Laudandum experientia consilium est Pansa¹
 atque Hirtii, qui semper praedixerant Caesari, ut princi-
 patum armis quaesitum armis teneret: ille ditatus mori
 se quam timeri malle dum clementiam, quam praestiterat,

1 graui A. cf. *Lez.* 46, 29, 5. 5 et add. *Kuhnen*, magni-
 ficentissimisque *liurer* (sic M?). 19 Africi A. 11 sexiens mil-
 lens SH P, pro sexiens, quod falsum esse vocat, mutat. *H. Ro-*
manus sexagies, *Lipinus* decies vocat. 12 tanto viro sic. A

13 anterioribus ante M, sic AP. 15 coniurationibus A.
 19 reuerti AP. 20 Trebonio AP. 22 paratissimus consue-
 latus A. 24 ita. offensus *Phessonus*, il. offensum AP.
 28 timere A (sed timere core.)

expectat, incautus ab ingratis occupatus est, cum quidem plurima ei praesagia atque indicia dii immortales futuri obtulissent periculi. nam et haruspices praemonuerant, ut diligentissime iduum Martiarum caveret diem, et uxor Calpurnia territa nocturno visu, ut ea die domi subsisteret, orarat, et libelli coniurationem nuntiantes dati neque protinus ab eo lecti erant. sed profecto ineluctabilis fatorum vis, cuiuscumque fortunam mutare constituit, consilia corrumpit.

58. Quo anno id patravere facinus Brutus et Cassius, praetores erant, D. Brutus consul designatus: hi una cum coniurationis globo, stipati gladiatorum D. Bruti manu, Capitolium occupavere. tum consul Antonius (quem cum simul interimendum censuisset Cassius testamentumque Caesaris abolendum, Brutus repugnauerat dictitans nihil amplius civibus praeter tyranni — ita enim appellari Caesarem facto eius expediebat — petendum esse sanguinem) convocato senatu, cum iam Dolabella, quem substituturus sibi Caesar designauerat consulem, fascis atque insignia corripuisset consulis, velut pacis auctor liberos suos obsides in Capitolium misit fidemque descendendi tuto interfecto Caesaris dedit. et illud decreti Atheniensium celeberrimi exemplum, relatum a Cicerone, oblivionis praeteritarum rerum decreto patrum comprobatum est.

59. Caesaris deinde testamentum apertum est, quo C. Octavium, nepotem sororis suae Iuliae, adoptabat. de cuius origine, etiam si per se nitet, pauca dicenda sunt.

2 plurima ei *Orelli*: plurimi *MA*, plurima *A corr. et P*
 4 diligentissimae *A* 6 *orabat *AP* | neque p. ab eo *A*: ab eo neque p. *P*, ab obvio n. p. *Burman ex Suet. Caes. 81*
 8 cuiuscumque *Gelenius*: cuius cum (quom *P*) *MAP*, cuius *Aldus*, cuiusque *Salmasius*; at tum *exspectares*: vis est cuiusque
 10 id id *A* | M. Brutus *Heinsius* | Cassius *Stanger*: C. Cassius *AP* 13 tum *Haase*: cum *AP* 18 Dolabella *P* | quam substituturus *A* 19 COS. *P* 20 consulis *A*: COS. *P*, consularia *Aldus* 27 per se nitet *Burman*: praeuenit et *AP*; praenitet *Heinsius*

fuit C. Octavius ut non patricia, ita admodum spectiosa 2
 equestri gentis familia, gravis, sanctus, innocens, dives,
 hic praetor inter nobilissimos viros creatus primo loco,
 cum ei dignatio Iulia genitam Atiam conciliasset uxorem,
 5 ex eo honore sortitus Macedoniam appellatusque in ea
 imperator, decedens ad petitionem consulatus obiit prae-
 textato relicto illo, quem C. Caesar, maior eius avunc- 3
 culus, educatum apud Philippum vitricum dilexit ut suum,
 natumque annos duodeviginti Hispaniensis militiae ad
 10 secutum se postea comitem habuit, numquam aut alio
 usum hospicio quam suo aut alio vectum vehiculo, ponti-
 ficatusque sacerdotio puerum honoravit. et patris bellis 4
 civilibus ad erudiendam liberalibus disciplinis singularis
 indolem iuvenis Apolloniam eum in studia miserat, mox
 15 belli Getici ac deinde Parthici habiturus commilitonem
 cui ut est nuntiatum de caede avunculi, cum protinus 5
 ex vicinis legionibus centuriones suam suorumque militum
 operam ei pollicerentur neque eam spernendam Salvidienus
 et Agrippa dicerent, ille festinans pervenire in urbem
 20 omnem ordinem ac rationem et necis et testamenti Brun-
 dusii comperit. cui adventanti Romam inmanis amicorum 6
 occurrit frequentia, et cum intraret urbem, solis orbis
 super caput eius curvatus aequaliter rotundatusque in co-

1 Octavius (vel Octavi) pater *Ciculus* speciosus A 3 praetor A 4 Iuliam A | Atiam A; Anniam P 5 in eam AP, em. Gelen. (ex em. Ursinus) 9 xv(1) xvii *Quedendorp* Hispaniensis militia Lips 12 patris *Aldeus*; patris AP 13 erudiendam A ut con. *Ruhlen*; erudiendam P 15 Getici A Gethici P 17 suas AP 18 pollicentur MA 20 ordinem ac rat. *Munckerus*; ordinationem AP 22 intraret, circa orbem solis orbis *Haase* 23 rotundatusque G A Koch in *progr. Lips* (1866) in colorem arcus *Kreyzig*, in muris arcus *Bothe*, fort. in circulum arcus, cf. *Sen. Nat. Qu.* 1, 2, 1 memoriae proditum est, quo die D. Augustus . . . intravit, circa solem visum coloris varii circulum, qualem esse in arcu solet. hunc Graeci halo vocant, nos dicere coronam aptissime possumus.

lorem arcus velut coronam tanti mox viri capiti imponens
 conspectus est.

1 60. Non placebat Atiae matri Philippoque vitrico
 adiri nomen invidiosae fortunae Caesaris, sed adserebant
 salutaria rei publicae terrarumque orbis fata conditorem 5
 2 conservatoremque Romani nominis. sprevit itaque caelestis
 animus humana consilia et cum periculo potius summa
 quam tuto humilia proposuit sequi maluitque avunculo et
 Caesari de se quam vitrico credere, dictitans nefas esse,
 quo nomine Caesari dignus esset visus, semet ipsum *sibi* 10
 3 videri indignum. hunc protinus Antonius consul superbe
 excepit (neque is erat contemptus, sed metus) vixque ad-
 misso in Pompeianos hortos loquendi secum tempus dedit,
 mox etiam velut insidiis eius petitus sceleste insimulare
 4 coepit, in quo turpiter deprehensa eius vanitas est. aperte 15
 deinde Antonii ac Dolabellae consulum ad nefandam do-
 minationem erupit furor. sestertium septiens miliens,
 depositum a C. Caesare ad aedem Opis, occupatum ab
 Antonio, actorum eiusdem insertis falsis vitiatisque cor-
 rupti commentarii atque omnia pretio temperata, vendente 20
 5 rem publicam consule. idem provinciam D. Bruto de-
 signato consuli decretam Galliam occupare statuit, Dola-
 bella transmarinas decrevit sibi; interque naturaliter dis-
 simillimos ac diversa volentis crescebat odium, eoque
 C. Caesar iuvenis cotidianis Antonii petebatur insidiis. 25

1 61. Torpebat oppressa dominatione Antonii civitas:
 indignatio et dolor omnibus, vis ad resistendum nulli ad-
 erat, cum C. Caesar undevicesimum annum ingressus,
 mira ausus ac summa consecutus privato consilio maiorem
 2 senatu pro re publica animum habuit primumque a Ca- 30

3 Atiae *A*: Acciae *P* 5 orbi *Burman* 9 cedere *AP*,
em. Gelenius 10 sibi *addidit Lipsius* 12 excipit *AP*, *em.*
Cludius 17 sestertium septiens *A*: *SH* septies *P*; milies *AP*
 19 vitiatisque *Cludius*: civitatibusque *AP*; aliorum conatus
v. apud Kritz. | corruptis commentariis *AP* 22 occuparet *A*
 30 Galatia *AP*

latia, mox a Casilino veteranos excitavit paternos: quorum
 exemplum secuti alii brevi in formam iusti colere exer-
 citus mox cum Antonius occurrisset exercitui, quem ex
 transmarinis provinciis Brundisium venire iusserat, legio
 5 Martia et quarta cognita et senatus voluntate et tanti
 iuvenis indole sublatis signis ad Caesarem se contulerunt.
 cum senatus honoratum equestri statua, quae hodieque 3
 in rostris posita aetatem eius scriptura indicat, (qui honor
 non alii per trecentos annos quam L. Sullae et Cn. Pom-
 10 peio et C. Caesari contigerat) pro praetore una cum con-
 sulum designatis Hirtio et Pansa bellum cum Antonio
 gerere iussit. *id* ab eo annum agente vicesimum fortissime 4
 circa Mutinam administratum est et D. Brutus obsidione
 liberatus. Antonius turpi ac nuda fuga coactus deserere
 15 Italiam, consulum autem alter in acie, alter post paucos
 dies ex vulnere mortem obiit.

62. Omnia autem quam fugaretur Antonius honorifice 1
 a senatu in Caesarem exercitumque eius decreta sunt
 maxime auctore Cicerone; sed ut recessit metus, erupit
 20 voluntas protinusque Pompeianis partibus rediit animus.
 Bruto Cassioque provinciae, quas iam ipsi sine ullo se- 2
 natus consulto occupaverant, decretae, laudati quicumque
 se iis exercitus tradidissent, omnia transmarina imperia
 eorum commissa arbitrio. quippe M. Brutus et C. Cassius, 3
 25 nunc metuentes arma Antonii, nunc ad augendam eius
 invidiam simulantes se metuere, testati edictis libenter se
 vel in perpetuo exilio victuros, dum rei publicae con-

2 *brevi* MA. in *brevi* P | in forma iusti colere MA, em P
 5 Martia A | tanta *Rubrik* 7 *secretum* A 9 Un | C. A
 10 pro praetore *Sigonovii*: pro P. R. AP 12 *id* *add* *Ge-*
lanius | fortiter *ed. Orelli* *operarum errore* 13 *est* et P:
esset A 23 *se* *hii* *se* A, *hii* *se* P, *se* *hii* et *Orelli* 24 ar-
 bitrio P: imperio A, *et* *qua* *lectio* *ne*, *nisi* *ultima* *lapis* *erit*
est, *susplicere* *scribendum* *est*: *cuncta* *transmarina* *eorum* *in* *im-*
 perio 27 *resp.* *Gelanius*: *resp.* AP, *res* p. *constaret* et c.
Hanse, *quam* *in* *sententiam* *saltem* *melius* *foret*: *dum* *publica*
conat *concordia*

staret concordia, nec ullam belli civilis praebituros materiam, plurimum sibi honoris esse in conscientia facti sui, profecti urbe atque Italia, intento ac pari animo sine auctoritate publica provincias exercitusque occupaverant et, ubicumque ipsi essent, praetextentes esse rem publicam,⁵ pecunias etiam, quae ex transmariis provinciis Romam ab quaestoribus deportabantur, a volentibus acceperant.
 4 quae omnia senatus decretis comprehensa et comprobata sunt et D. Bruto, quod alieno beneficio viveret, decretus triumphus, Pansae atque Hirtii corpora publica sepultura¹⁰
 5 honorata, Caesaris adeo nulla habita mentio, ut legati, qui ad exercitum eius missi erant, iuberentur summoto eo milites adloqui. non fuit tam ingratus exercitus, quam fuerat senatus: nam cum eam iniuriam dissimulando Caesar ipse ferret, negavere milites sine imperatore suo ulla se¹⁵
 6 audituros mandata. hoc est illud tempus, quo Cicero insito amore Pompeianarum partium Caesarem laudandum et tollendum censebat, cum aliud diceret, aliud intellegi vellet.

1 63. Interim Antonius fuga transgressus Alpes, primo²⁰ per colloquia repulsus a M. Lepido, qui pontifex maximus in C. Caesaris locum furto creatus decreta sibi Hispania adhuc in Gallia morabatur, mox saepius in conspectum veniens militum (cum et Lepido omnes imperatores forent meliores et multis Antonius, dum erat sobrius), per aversa²⁵ castrorum proruto vallo a militibus receptus est: qui titulo imperii cedebat Lepido, cum summa virium penes
 2 cum foret. sub Antonii ingressum in castra Iuventius Laterensis, vir vita ac morte consentaneus, cum acerrime suasisset Lepido, ne se cum Antonio hoste iudicato iun-³⁰
 3 geret, inritus consilii gladio se ipse transfixit. Plancus

3 ac parato *Burman* 7 auolantibus *A* 9 D.] Decio *A*
 14 *Caesar ipse: Caesari *AP*, Caesar *v.* 18 aliut . . .
 aliut *A* 21 qui pont. max. *om. A* 25 auersam castrorum
 proruta *AP*, *em. Gelenius* 26 a *add. Heinsius*

deinde dubia, id est sua fide, diu quarum esset partium secum luctatus ac sibi difficile consentiens, et nunc adiutor D. Bruti designati consulis, collegae sui, senatuique se litteris vendicans, mox eiusdem proditor, Asinius autem Pollio firmus proposito et Iulianis partibus—fidus, Pompeianis adversus, uterque exercitus tradidere Antonio.

64. D. Brutus desertus primo a Plauco, postea etiam 1 insidiis eiusdem petitus, paulatim relinquente eum exercitu fugiens in hospitis cuiusdam nobilis viri, nomine Cameli, 10 domo ab iis, quos miserat Antonius, iugulatus est iustissimasque optime de se merito viro C. Caesari poenas dedit, cuius cum primus omnium amicorum fuisset, inter- 2 fector fuit et fortunae, ex qua fructum tulerat, invidiam in auctorem relegabat censebatque aequum, quae acceperat 14 a Caesare, retinere, Caesarem, qui illa dederat, perire haec sunt tempora, quibus M. Tullius continuis actionibus 3 aeternas Antonii memoriae inussit notas, sed hic fulgentissimo et caelesti ore, at tribunus Canutius canina rabie lacerabat Antonium. utrique vindicta libertatis morte stetit; 4 20 sed tribuni sanguine commissa proscriptione, Ciceronis ut satiatio Antonio paene finita. Lepidus deinde a senatu hostis indicatus est, ut ante fuerat Antonius.

65. Tum inter eum Caesaremque et Antonium com- 1 mercia epistularum et condicionum iacta mentio, cum 25 Antonius et subinde Caesarem admoneret, quam inimicae ipsi Pompeianae partes forent et in quod iam emerissent fastidium et quanto Ciceronis studio Brutus Cassiusque attollerentur, denuntiaretque se cum Bruto Cassioque, qui

5 propositi *Acidalius* 7 postea *A.* post *P.* 9 hospitis *A.*
 Camilli *Clodius ex App. b. cae. 3, 98.* 10 ab his *AP.*
 12 primus *A.* primus *P.* cui cum in prius *Heostius* 15 quia
 illa *AP.* peristhate *A.* peris *Haec P.* perire vel perire *Ihen-*
ia marg. 18 et sequestrare *A.* canina *Ruhden* continua *A.*
 continua *P.* 20 *uti vel *AP.* velat *valje*, cf. 2, 12, 1. 67, 3
 21 paene *A.* et *Burman*; poena *P.* 24 facta *Burer* 25 Ant.
 subinde *C.* admoneret, et quam *Bisport*.

iam decem et septem legionum potentes erant, iuncturum vires suas, si Caesar eius aspernaretur concordiam, diceretque plus Caesarem patris quam se amici ultioni debere. 2 *tum* igitur inita potentiae societas et hortantibus orantibusque exercitibus inter Antonium etiam et Caesarem facta 5 adfinitas, cum esset privigna Antonii desponsata Caesari. consulatumque iniiit Caesar pridie quam viginti annos impleret decimo Kal. Octobres cum collega Q. Pedio post urbem conditam [abhinc] annis septingentis et novem, ante duos et septuaginta, quam tu, M. Vinici, consulatum 10 3 inires. vidit hic annus Ventidium, per quam urbem inter captivos Picentium in triumpho ductus erat, in ea consularem praetextam iungentem praetoria. idem hic postea triumphavit.

1 66. Furente deinde Antonio simulque Lepido, quo- 15 rum uterque, ut praediximus, hostes iudicati erant, cum ambo mallent sibi nuntiari, quid passi essent, quam quid meruissent, repugnante Caesare, sed frustra adversus duos, instauratum Sullani exempli malum, proscriptio. 2 nihil tam indignum illo tempore fuit, quam quod aut 20 Caesar aliquem proscribere coactus est aut ab ullo Cicero proscriptus est. abscisaque scelere Antonii vox publica est, cum eius salutem nemo defendisset, qui per tot annos et publicam civitatis et privatam civium defenderat. 3 nihil tamen egisti, M. Antoni, (cogit enim excedere pro- 25

1 iuncturam *A* 2 adiceretque *Herelius* 3 ultioni *A*:
 ultione *A* *corr.* *P* 4 **tum* igitur: *tur AP*, *tum vel tunc* (*sic*
item v. l. in A) *Burer* 5 *pacta Heinsius* 6 *desponsata*
A: *desponsa P* 8 *collega. Q. Pedio A* 9 *abhinc del. Ge-*
lenius, *abh. annos Orelli* | *dccviii Gelenius*: *accviii. AP*, *dccxi*
Aldus 11 *M. Ventidium A*, *sed M. expuncta, fort. P. Vent.*
 13 *praetoriae Gelenius, ut est 92, 4* 16 *cum MA*: *quom P*
 17 *fort. mallent recordari* | *quid patrassent Sauppe*, *quid p.*
essent quam recordari quid etc. Doederlein; *loci obscurissimi*
probabilis emendatio nondum inventa est 18 *meruissent A*:
emeruissent P | *adversus duos om. A* 21 *aut bullo AP*
 22 *abscissaque A* | *publica audita est A*

positi formam operis erumpens animo ac pectore indigna-
 tio) nihil, inquam, egisti mercedem caelestissimam oris et
 clarissimi capitis abscisi numerando auctoramentoque fun-
 5
 ebris ad conservatoris quondam rei publicae tantique con-
 sulis irritando necem rapuisti tu M. Ciceroni lucem
 sollicitam et aetatem senilem et vitam miseriores te prin-
 cipe quam sub te triumviro mortem, famam vero gloriam-
 que factorum atque dictorum adeo non abstulisti, ut au-
 xeris. vivit vivetque per omnem saeculorum memoriam,
 10
 dumque hoc vel forte vel providentia vel utcumque con-
 stitutum rerum naturae corpus, quod ille paene solus
 Romanorum animo vidit, ingenio complexus est, eloquentia
 inluminavit, manebit incolume, comitem aevi sui laudem
 Ciceronis trahet omnisque posteritas illius in te scripta
 15
 mirabitur, tuum in eum factum execrabitur citiusque e
 mundo genus hominum quam *Ciceronis nomen* cedit.

67. Huius totius temporis fortunam ne deflere qui-
 1
 dem quisquam satis digne potuit, adeo nemo exprimere
 verbis potest. id tamen notandum est, fuisse in pro-
 2
 20 scriptos uxorum fidem summam, libertorum mediam, ser-
 vorum aliquam, filiorum nullam: adeo difficilis est homi-
 nibus utcumque conceptae spei mora. ne quid ulli san-
 ctum relinqueretur, ut in dotem invitamentumque sceleris
 Antonius L. Caesarem avunculum, Lepidus Paulum fratrem
 25
 proseripserant; nec Planco gratia defuit ad impetrandum,
 ut frater eius Plancus Plotius prosciberetur. eoque inter
 3
 4 iocos militaris, qui currunt Lepidi Plancique secuti erant,
 inter execrationem civium usurpabant hunc versum:

De germanis, non de Gallis duo triumphant consules.

8 abscisi A. 5 irritando Lepidus | 14 M. Ciceroni
 tam AP. 15 tuum P. tuum A. videtur quare (quo in P.) mundo
 genus humanum quoniam cedit AP. respiciunt supplementum Lau-
 rentii; ullorum comitatus s. in ed. Krutz. 17 in P² non P¹A
 19 in om. A. 28 7^o ul. ad AP. videtur s. ff. ad G. 4.

26 interia COS militaris A. 28 et inter Historiam.

- 1 68. Suo praeteritum loco referatur; neque enim
 persona umbram actae rei capit. dum in acie Pharsalica
 acriter de summa rerum Caesar dimicat, M. Caelius, vir
 eloquio animoque Curioni simillimus, sed in utroque per-
 fectior nec minus ingeniose nequam, cum ne modica ⁵
 quidem re servari posset (quippe peior illi res familiaris
 2 quam mens erat), in praetura novarum tabularum auctor
 extitit nequitque senatus et consulis auctoritate deterreri;
 accito etiam Milone Annio, qui non impetrato reditu Iulianis
 partibus infestus erat, in urbe seditionem, in agris haud ¹⁰
 occulte bellicum tumultum movens, primo summotus a
 re publica, mox consularibus armis auctore senatu circa
 3 Thurios oppressus est. in incepto pari similis fortuna
 Milonis fuit, qui Compsam in Hirpinis oppugnans ictus-
 que lapide cum P. Clodio, tum patriae, quam armis pete- ¹⁵
 bat, poenas dedit, vir iniquus et ultra fortem temerarius.
 4 quatenus autem aliquid ex omissis peto, notetur im-
 modica et intempestiva libertate usos adversus C. Caesarem
 Marullum Epidium Flavumque Caesetium tribunos pl., dum
 arguunt in eo regni voluntatem, paene vim dominationis ²⁰
 5 expertos. in hoc tamen saepe lacesciti principis ira ex-
 cessit, ut censoria potius contentus nota quam animad-
 versionem dictatoria summovertet eos a re publica testaretur-
 que esse sibi miserrimum, quod aut natura sua ei ex-
 cedendum foret aut minuenda dignitas. sed ad ordinem
 revertendum est.

3 acriter *Haupt*: Africaeque *AP*, circaeque *Lipsius*
 5 ne modica quidem re *Aldus*: immodica (in modica *P*) qui-
 dem *AP*, ne in modica quidem fide *Madrig Adv.* II, 305; *ipse*
malim ne immodica quidem re (vel fide) 8 et consulis (*sic*
iam Lipsius) auctor. *Cludius*: et auctoritate *COSS. AP*, senatus
 consulto et auct. cons. *Orelli* 9 impetrato *P*: imperator *A*
 10 in agris haud *Mommsen*: haud magis *AP*, at in agris
Lips. 13 Turios *AP* | in *add. Madrig*, in incepto *Vossius*
 14 Irpinis *AP* 15 cum *Orelli*: tum *AP* 16 fortem *M*:
 sortem *AP* 17 repeto *Heinsius* 19 Caesetium *M*: Caese-
 etiam *AP* | duum *A* 20 vim Domitianis *A* 22 contem-
 ptus *MA*

69. Iam et Dolabella in Asia C. Trebonium con- 1
 sularem, cui succedebat, fraude deceptum Zmyrnae occi- 2
 derat, virum adversus merita Caesaris ingrattissimum par- 3
 ticipemque caedis eius, a quo ipse in consulare proventus 4
 fastigium fuerat, et C. Cassius acceptis a Statio Murco et 5
 Crispo Marcio, praetoris viris imperatoribusque, praevalidis 6
 in Syria legionibus inclusum Dolabellam, qui praeoccupata 7
 Asia in Syriam pervenerat, Laodiciae expugnata ea urbe 8
 interfecerat (ita tamen, ut ad ictum servi sui Dolabella 9
 non segniter cervicem daret) et decem legiones in eo 10
 tractu sui iuris fecerat, et M. Brutus C. Antonio, fratri 11
 M. Antonii, in Macedonia Vatiniisque circa Dyrrachium 12
 volentis legiones extorserat (sed Antonium bello lassierat, 13
 Vatinius dignatione obruerat, cum et Brutus cuilibet du- 14
 cum praefendus videretur et Vatinius nulli non esset 15
 postferendus, in quo deformitas corporis cum turpitudine 16
 certabat ingenii, adeo ut animus eius dignissimo domicilio 17
 inclusus videretur) eratque septem legionibus validus at 18
 lege Pedia, quam consul Peditus collega Caesaris tulerat, 19
 omnibus, qui Caesarem patrem interfecerant, aqua igni- 20
 que damnatis interdictum erat: quo tempore Capito, pa- 21
 truis meus, vir ordinis senatorii, Agrippae subscripsit in 22
 C. Cassium. dumque ea in Italia geruntur, acri atque 23
 prosperrimo bello Cassius Rhodium, rem inhumanis operis, 24
 ceperat, Brutus Lycios devicerat, et inde in Macedoniam 25
 exercitus traiecerant, cum per omnia repugnans naturae

2 succedebat *Rubrik* | Zmyrnae *A* | Smyrnae *P* 5 Statio
Urbinae: Statio *P*, Cuius *A* 6 Martius *A* | imperatoribus qui
AP, em. *Bardoumense* 8 Laodiciae *MA*, Laodiceam *P*, em.
Vossius | expugnata *MA* 9 interfecerat *Rhenanus* (vel con-
 fecerat: fecerat *AP* | ad ictum *Rhenanus*: collectum *AP*
 12 Atiniae *A* 13 nulli non *Albi*: *obes* u. *hominum* non *proponens*:
 nulli non (nominis *P*) non *AP*, nulli omnino non *Hemius*
 16 turpita *MA*: em. *P* 18 tulerat *et*: *Orat.*: *operarum*
errare 18 at *Lipsius*: et *AP*, vel *Kreywig* 21 damnatis
del. Döllerus

suae Cassius etiam Bruti clementiam vinceret. neque reperias, quos aut prior fortuna comitata sit aut veluti fatigata maturius destituerit quam Brutum et Cassium.

1 70. Tum Caesar et Antonius traiecerunt exercitus
in Macedoniam et apud urbem Philippos cum Bruto Cassio- 5
que acie concurrerunt. cornu, cui Brutus praecerat, im-
pulsis hostibus castra Caesaris cepit (nam ipse Caesar,
etiamsi infirmissimus valetudine erat, obibat munia ducis,
oratus etiam ab Artorio medico, ne in castris remaneret,
manifesta denuntiatione quietis territo), id autem, in quo 10
Cassius fuerat, fugatum ac male mulcatum in altiora se
2 receperat loca. tum Cassius ex sua fortuna eventum
collegae aestimans, cum dimisisset evocatum iussissetque
nuntiare sibi, quae esset multitudo ac vis hominum, quae
ad se tenderet, tardius eo nuntiante, cum in vicino esset 15
agmen cursu ad eum tendentium neque pulvere facies aut
signa denotari possent, existimans hostes esse, qui irruer-
rent, lacerna caput circumdedit extantamque cervicem in-
3 territus liberto praebuit. deciderat Cassii caput, cum
evocatus advenit nuntians Brutum esse victorem. qui 20
cum imperatorem prostratum videret, sequar, inquit, eum,
quem mea occidit tarditas, et ita in gladium incubuit.
4 post paucos deinde dies Brutus confligit cum hostibus et
victus acie cum in tumulum nocte ex fuga se recepisset,
impetravit a Stratone Aegeate, familiari suo, ut manum 25
5 morituro commodaret sibi; reiectoque laevo super caput
brachio, cum mucronem gladii eius dextera tenens sinistrae
admovisset mammillae ad eum ipsum locum, qua cor emi-
cat, impellens se in vulnus uno ictu transfixus expiravit
protinus. 30

5 cum *Stanger*: cum M. AP 10 manifeste AP, em.
Heinsius (manifestae *Vasconius*) 11 mulcatum A, multa-
tum P, em. *Putcanus* | se add. *Gelenius* 14 nuntiare A et
Cludius 22 occubuit A 24 in tumultum AP 25 im-
peravit Astratone Aegeatae A 28 mamillae A 29 expiravit.
Protenus (Protinus P) Messalla (Messala A) AP, expir. pro-

71. *Corvinus* Messalla, fulgentissimus iuuenis, proximi- 1
 mus in illis castris Bruti Cassique auctoritati, cum essent
 qui eum ducem poscerent, servari beneficio Caesaris
 maluit quam dubium spem armorum temptare amplius;
 5 nec aut Caesari quidquam ex victoriis suis fuit laetius
 quam servasse Corvinum aut maius exemplum hominis
 grati ac pii, quam Corvini in Caesarem fuit. non aliud
 bellum cruentius caede clarissimorum virorum fuit. tum
 Catonis filius cecidit; eadem Lucillum Hortensiumque, 2
 10 eminentissimorum civium filios, fortuna abstulit; nam
 Varro ad ludibrium moriturus Antonii digna illò ac vera 3
 de exitu eius magna cum libertate ominatus est. Drusus
 Livius, Iuliae Augustae pater, et Varus Quintilius ne
 temptata quidem hostis misericordia alter se ipse in
 15 tabernaculo interemit, Varus autem liberti, quem id fa-
 cere coegerat, manu, cum se insignibus honorum velasset,
 ingulatus est.

72. Hunc exitum M. Bruti partium septimum et 1
 tricesimum annum agentis fortuna esse voluit, incorrupto
 20 animo eius in diem, quae illi omnes virtutes unius te-
 meritate facti abstulit. fuit autem dux Cassius melior, 2
 quanto vir Brutus: e quibus Brutum amicum habere
 malles, inimicum magis timeres Cassium; in altero maior
 vis, in altero virtus: qui si vicissent, quantum rei publicae
 25 interfuit Caesarem potius habere quam Antonium principem,
 tantum retulisset habere Brutum quam Cassium. Cn. Do-
 3 mitius, pater L. Domitii nuper a nobis visi, eminentissimae
 ac nobilissimae simplicitatis viri, avus huius Cn. Domitii,
 clarissimi iuuenis, occupatis navibus cum magno sequentium

tentis. Messalla Scheffer, expravit Corvinus M. Bignini; nos
 probantes retento Corvini, quod nomen propter ceruam 6 sq. ne-
 cessarium videtur, adlere malimus.

2 auctoritate A. 4 venturi P, item infra 14 tentata

7 Corvini Bothe; Corvino AP. 18 Liviae Augustae Aldus

19 et XXX P, et XXXV A | fortunae A | corrupto AP, em.
 Tullius. 21 facti Bhenckius: 1001 AP

Vallars et Ham.

consilia sua comitatu fugae fortunaeque se commisit, se-
 4 met ipso contentus duce partium. Staius Murcus, qui
 classi et custodiae maris praefuerat, cum omni commissa
 sibi parte exercitus naviumque Sex. Pompeium, Cn. Magni
 filium, qui ex Hispania revertens Siciliam armis occu- 5
 5 paverat, petiit. ad quem et e Brutianis castris et ex
 Italia aliisque terrarum partibus, quos praesenti peri-
 culo fortuna subduxerat, proscripti confluebant: quippe
 nullum habentibus statum quilibet dux erat idoneus,
 cum fortuna non electionem daret, *sed* perfugium osten- 10
 deret exitialemque tempestatem fugientibus statio pro
 portu foret.

1 73. Hic adulescens erat studiis rudis, sermone
 barbarus, impetu strenuus, manu promptus, cogitatione
 celer, fide patri dissimillimus, libertorum suorum liber- 15
 tus servorumque servus, speciosis invidens, ut pareret
 2 humillimis: quem senatus paene totus adhuc e Pom-
 peianis constans partibus post Antonii a Mutina fugam
 eodem illo tempore, quo Bruto Cassioque transmarinas
 provincias decreverat, revocatum ex Hispania, ubi ad- 20
 versus eum clarissimum bellum Pollio Asinius praeto-
 rius gesserat, in paterna bona restituerat et orae ma-
 3 ritimae praefecerat. is tum, ut praediximus, occupata
 Sicilia servitia fugitivosque in numerum exercitus sui
 recipiens magnum modum legionum effecerat perque Me- 25
 nam et Menecraten paternos libertos, praefectos classium,
 latrociniiis ac praedationibus infestato mari ad se exer-
 citumque tuendum raptō utebatur, cum eum nen de-

2 Staius *Ursinus*: Status *A*, Staius *P* 4 exercitu *AP*
 6 petiit *Gelenius*: petit *AP* | ad quem et e *P*: adque (at-
 que *A*) me *T* e *MA* 9 statim *Lipsius* probante *Hauptio*
im Sächs. Sitzungsber. a. 1849, 199 10 *sed add. Gelenius*
 13 rudis is sermone . . . strenuus *A* 14 cogitatione *Rhe-*
nanus: cogitator *AP*, an cogitando? 18 antonii *A* mutinam
M, em. Burer; Antonianam fugam *AP* 23 istum *AP*
 25 per quem *A*

puderet vindicatum armis ac ductu patris sui mare infestare piraticis sceleribus.

74. Fractis Brutianis Cassianisque partibus Antonius 1
transmarinas obliturus provincias substitit. Caesar in Italiam
2 se recepit eamque longe quam speraverat tumultuosiorē
3 reperit. quippe L. Antonius consul, vitiorum fratris sui 2
4 consors, sed virtutum, quae interdum in illo erant, ex-
5 pers, modo apud veteranos criminatus Caesarem, modo
6 eos, qui iussa divisione praediorum nominatisque coloniis
7 agros amiserant, ad arma conciens magnum exercitum
8 conflaverat. ex altera parte uxor Antonii Fulvia, nihil
9 muliebre praeter corpus gerens, omnia armis tumultuque
10 miscebat. haec belli sedem Praeneste ceperat; Antonius
11 pulsus undique viribus Caesaris Perusiam se contulerat:
12 Plancus, Antonianarum adiutor partium, spem magis osten-
13 derat auxilii, quam opem ferebat Antonio. usus Caesar 4
14 virtute et fortuna sua Perusiam expugnavit. Antonium
15 inviolatum dimisit, in Perusinos magis ira militum quam
16 voluntate saevitum ducis: urbs incensa, cuius initium in-
17 cendii princeps eius loci fecit Macedonicus, qui subiecto
18 rebus ac penetibus suis igni transfixum se gladio flam-
19 mae intulit.

75. Per eadem tempora exarserat in Campania bel- 1
2 lum, quod professus eorum, qui perdidierant agros, patro-
3 cinium ciebat Ti. Claudius Nero praetorius et pontifex,
4 Ti. Caesaris pater, magni vir animi doctissimique ingenii:
5 id quoque adventu Caesaris sepultum atque discussum
6 est. quis fortunae mutationes, quis dubios rerum huma- 2

1 ductam A 2 solutibus *Ruhden* 6 reperit A; re-
perit P 9 iussa *Heinsius* iusto AP, iniusta (vel iniusto)
Lipsius, in ista *Sauppe*, instatuta *Ruhden*, revisituta *Willehel-*
colonia AP; eos *Heinsius* 12 tumultuosiorē A 13 mul-
lie AP 15 spem P; spe MA 18 demisit A 21 pro-
dulerant A 25 et 26 Ti. I. AP 26 usq. P; usq. MA
doctissimique AP; rectissimique *Maley*, promptissimique
Ruhden

narum casus satis mirari queat? quis non diversa praesentibus contrariaque expectatis aut speret aut timeat?

3 Livia, nobilissimi et fortissimi viri Drusi Claudiani filia, genere, probitate, forma Romanarum eminentissima, quam postea coniugem Augusti vidimus, quam transgressi ad 5 deos sacerdotem ac filiam, tum fugiens mox futuri sui Caesaris arma minus bimum hunc Tiberium Caesarem, vindicem Romani imperii futurumque eiusdem Caesaris filium, gestans sinu, per avia itinerum vitatis militum gladiis uno comitante, quo facilius occultaretur fuga, 10 pervenit ad mare et cum viro Nerone pervecta in Siciliam est.

1 76. Quod alieno testimonium redderem, eo non fraudabo avum meum. quippe C. Velleius, honoratissimo inter illos trecentos et sexaginta iudices loco a Cn. Pom- 15 peio lectus, eiusdem Marcique Bruti ac Ti. Neronis praefectus fabrum, vir nulli secundus, in Campania digressu Neronis a Neapoli, cuius ob singularem cum eo amicitiam partium adiutor fuerat, gravis iam aetate et corpore cum 2 comes esse non posset, gladio se ipse transfixit. inviolata 20 tam excedere Italia Caesar passus est Fulviam Plancumque, muliebris fugae comitem: nam Pollio Asinius cum septem legionibus, diu retenta in potestate Antonii Venetia, magnis speciosisque rebus circa Altinum aliasque eius regionis urbes editis, Antonium petens, vagum adhuc Do- 25 mitium, quem digressum e Brutianis castris post caedem eius praediximus et propriae classis factum ducem, consiliis suis inlectum ac fide data iunxit Antonio: quo facto, quisquis aequum se praestiterit, sciat non minus a Pollione in Antonium quam ab Antonio in Pollionem esse conlatum. 30

2 expectatis *A*, sed s. l. expectans 3 Calidiani *MAP*,
em. *Burer* 7 minus *Vossius*: nus *MP*, om. *A* | Tiberim *A*
13 eo *Gelenius*: meo *A*, in eo *P* 16 Ti. Neronis *Aldus*:
Tironis *A*, Tyronis *P* 19 cum comes *Aldus*: comes *M*,
cum *AP* 21 est add. *Cludius* 27 propraec *M* 28 electum *AP*, em. *Gelenius*

adventus deinde in Italiam Antonii apparatusque contra
 eum Caesaris habuit belli metum, sed pax circa Brundisium
 composita per quae tempora Rufi Salvidieni seclasta con- 4
 silia patefacta sunt: qui natus obscurissimis litibus parum
 5 habebat summa accepisse et proximus a Cai. Pompeio
 ipsoque Caesare equestri ordinis consul creatus esse, nisi
 in id ascendisset, e quo infra se et Caesarem videret et
 rem publicam.

77. Tum expostulante consensu populi, quem gravis 1
 urebat infesto mari annona, cum Pompeio quoque circa
 Misenum pax inita, qui haud absurde, cum in navi Cae-
 saremque et Antonium cena exciperet, dedit in carinis
 suis se cenam dare, referens hoc dictum ad loci nomen,
 in quo paterna domus ab Antonio possidebatur. in hoc 2
 pacis foedere placuit Siciliam Achaïamque Pompeio con-
 cedere, in quo tamen animus iniquus manere non potuit.
 id unum tantummodo salutare adventu suo patriae attulit,
 quod omnibus proscriptis aliisque, qui ad eum ex diversis
 causis fugerant, reditum salutemque pactus est: quae res 3
 et alios clarissimos viros et Neronem Claudium et M. Si-
 llanum Sentiumque Saturninum et Arruntium ac Titium
 restituit rei publicae. Statium autem Murem, qui ad-
 ventu suo classisque celeberrimae vires eius duplicaverat,
 insimulatum falsis criminatibus, quia talem virum colle-
 gam officii Mena et Menecrates fastidierant, Pompeius in
 Sicilia interfecerat.

1 apparatusque *Sylburg*: praeparatusque *AP*, paratusque
Geleus (i. e. cum *Caes.* *MA*; *Caes.* i. e. cum *P*) 2 circa *P*
 contra *MA* 3 perque *A* | *Roll* *A* | *Roll* *P* 5 simonem
AP, em. *Arduus* 6 equestri ordine *Heusinger*: ex equestri
 (equestri *A*, equestri *P*) ordine *MAP*, ex equestri ordine *Ge-*
leus 7 in id *Putmann*: in id *MA*, deinde *P* | e quo *P*
 equo *MA* 9 urgebat *Claudius*, ut iam *Ardu* *negotiorum*
 11 absurdo *AP*, em. *Rhemus* 17 attulit *P*; tulit *A*
 20 Silanum *MA*; Syllanum *P* 21 Sentiumque *P*; Sentiana
Q, *MA* | Arruntium (-cum *M*) *MAP* 22 Statium *AP*
 25 Menecrates *M?*; Menecrates *A*, Menecra *P*, em. *Rhemus*

- 1 78. Hoc tractu temporum Octaviam, sororem Caesaris, M. Antonius duxit uxorem. redierat Pompeius in Siciliam, Antonius in transmarinas provincias, quas magnis molimentis Labienus, ex Brutianis castris profectus ad Parthos, perducto eorum exercitu in Syriam interfectoque 5 legato Antonii concusserat: qui virtute et ductu Ventidii una cum Parthorum copiis celeberrimoque iuvenum Pacoro, 2 regis filio, extinctus est. interim Caesar per haec tempora, ne res disciplinae inimicissima, otium, corrumpere militem, crebris in Illyrico Delmatiaque expeditionibus patientia 10 periculorum bellicae experientia durabat exercitum. eadem tempestate Calvinus Domitius, cum ex consulatu obtineret Hispaniam, gravissimi comparandique antiquis exempli auctor fuit: quippe primi pili centurionem nomine Vibillum ob turpem ex acie fugam fusti percussit. 15
- 1 79. Crescente in dies et classe et fama Pompei Caesar molem belli eius suscipere statuit. aedificandis navibus contrahendoque militi ac remigi navalibusque ad- suescendo certaminibus atque exercitationibus praefectus est M. Agrippa, virtutis nobilissimae, labore, vigilia, periculo invictus parendique, sed uni, scientissimus, aliis sane imperandi cupidus et per omnia extra dilationes positus 20 consultisque facta coniungens. hic in Averno ac Lucrino lacu speciosissima classe fabricata cotidianis exercitationibus militem remigemque ad summam et militaris et maritimae rei perduxit scientiam. hac classi Caesar, cum prius despondente ei Nerone, cui ante nupta fuerat, Liviam, auspiciis rei publicae omnibus duxisset eam 25 uxorem, Pompeio Siciliaeque bellum intulit. sed virum humana ope invictum graviter eo tempore fortuna con-

2 redierat *om. A* 4 molimentis *Ruhnken: momentis AP*
 5 producto *AP, em. Arntzenius* 6 Venti diuina cum *A*
 14 primipili *AP* | Vibillum *MA: Iubillum P* 15 optur-
 pem *A* | fuste *ed. princeps prima* 18 milite ac remige *AP*
 20 virtuti *A, vir virtutis Ruhnken* 23 coniuges *A*
 27 Liuia *A* 28 hominibus *A*

cussit: quippe longe maiorem partem classis circa Veliam
 Palinurique promontorium adorta vis Africi lacravit ac
 distulit. ea patriando bello mora fuit, quod postea dubia
 et interdum ancipiti fortuna gestum est. nam et classis 4
 (eodem loco vexata est tempestate, et ut navali primo
 proelio apud Mylas ductu Agrippae pugnatum prospere,
 ita inopinato *Pompeianae* classis adventu gravis sub ipsius
 Caesaris oculis circa Tauromenium accepta clades; neque
 ab ipso periculum abfuit. legiones, quae cum Cornificio
 10 erant, legato Caesaris, expositae in terram paene a Pom-
 peio oppressae sunt. sed ancipitis fortuna temporis mature 5
 virtute correctae: explicatis quippe utriusque partis classi-
 bus paene omnibus exutus navibus Pompeius Asiam fuga
 petivit iussuque M. Antonii, cuius opem petierat, dum
 11 inter ducem et supplicem tumultuatur et nunc dignitatem
 retinet, nunc vitam precatur, a Titio iugulatus est: cui 6
 in tantum duravit hoc facinore contractum odium, ut mox
 ludos in theatro Pompei faciens execratione populi specta-
 culo, quod praebelat, pelleretur.

20 80. Acciverat gerens contra Pompeium bellum ex 1
 Africa Caesar Lepidum cum duodecim semiplenis legioni-
 bus. hic vir omnium vanissimus neque ulla virtute tam
 longam fortunae indulgentiam meritis exercitum Pompei,
 quia propior fuerat, sequentem non ipsius, sed Caesaris
 27 auctoritatem ac fidem, sibi iuverat inflatusque amplius 2
 viginti legionum numero in id furoris processerat, ut
 inutilis alienae victoriae comes, quam diu moratus erat,
 dissidendo in consiliis Caesari et semper diversa iis, quae
 aliis placebant, dicendo, totam victoriam ut suam inter-

3 dispulit *Gelenus* 6 a) et *Milas A* 7 *Pompeianae*
add. Heineius, a)u advenae vel hostis 10 *legitae A* | in
 terra *AP* | peno *paene A* 11 *notata AP, em. Rubin.*
 13 *fugam A* 15 *fort. malitiae luctator cf. 63, 3* 19 *quod*
em A 27 *inutilis in alienae MA* 28 *Caesari AP, em.*
Arvalius | hic *AP* 29 *totam MA* | totam *P* | interpretaretur
 anaretque *Rubinen*

pretabatur audebatque denuntiari Caesari, excederet Sicilia.
 3 non ab Scipionibus aliisque veteribus Romanorum ducum
 quidquam ausum patratumque fortius quam tunc a Caesare.
 quippe cum inermis et lacernatus esset, praeter nomen
 nihil trahens, ingressus castra Lepidi, evitatis *telis*, quae 5
 iussu hominis pravissimi in eum iacta erant, cum lacerna
 eius perforata esset lancea, aquilam legionis rapere ausus
 4 est. scires, quid interesset inter duces: armati inermem
 secuti sunt decimoque anno quam ad indignissimam vita
 sua potentiam pervenerat, Lepidus et a militibus et a 10
 fortuna desertus pulloque velatus amiculo inter ultimam
 confluentium ad Caesarem turbam latens genibus eius ad-
 volutus est. vita rerumque suarum dominium concessa ei
 sunt, spoliata, quam tueri non poterat, dignitas.

1 81. Subita deinde exercitus seditio, qui plerumque 15
 contemplatus frequentiam suam a disciplina desciscit et,
 quod cogere se putat posse, rogare non sustinet, partim
 2 severitate, partim liberalitate discussa principis, speciosum-
 que per idem tempus adiectum supplementum Campanae
 coloniae** eius relictis erant publici: pro his longe ube- 20
 riores redditus duodecies sestertium in Creta insula redditi
 et aqua promissa, quae hodieque singulare et salubritatis
 3 instrumentum et amoenitatis ornamentum est. insigne

2 aliisue *Orelli* 5 *telis* *supplevit idem* 6 in eum *A*:
 tela in eum *P* | acta *AP* 9 indignissimam *Ruhnken*: in
 dissimillimam *AP* 14 tueri *P*: intueri *MA* 15 *Secuta*
Bozhornius 19 idem *A*: id *P* 20 coloniae] *supplementum*
lacunae petendum ex Dionis Cassii l. 49, 14: οὕτω μὲν οὖν
τότε τοὺς στρατιώτας κατέστησε· καὶ τὸ μὲν ἀργύριον αὐτοῖς
αὐτίκα, τὴν δὲ χάραν οὐ πολλῶ ὕστερον ἔδωκε. ἐπειδὴ γὰρ
οὐκ ἐξήρκεσεν ἢ ἐν τῷ δημοσίῳ ἔτι τότε οὖσα, προσεξεπρίαιτο
ἄλλην τε καὶ παρὰ τῶν Καμπανῶν τῶν ἐν τῇ Καπύῃ οἰκούντων
συχνήν· καὶ γὰρ ἐποίκων ἢ πόλις πολλῶν ἔδειτο etc. Haase
supplevit: concessi enim veteranis agri, qui civibus coloniae
 eius relictis e. publici; *ipse malim*: veteranis in agros deductis,
 qui coloniae eius r. e. publici. 22 permissa *Heinsius*
 23 instrumentum *Cludius*: instar *AP*

coronae classicae, quo nemo unquam Romanorum donatus
 erat, hoc bello Agrippa singulari virtute meruit victor
 deinde Caesar reversus in urbem contractas emptionibus
 complures domos per procuratores, quo laxior fieret ipsius,
 5 publicis se usibus destinare professus est, templumque
 Apollinis et circa porticus facturum promisit, quod ab eo
 singulari exstructum munificencia est.

82. Qua aestate Caesar tam prospere sepelivit in 1
 Sicilia bellum, fortuna, in Caesare et in re publica mitis,
 10 saevit ad Orientem, quippe Automus cum tredecim le-
 gionibus ingressus Armeniam ac deinde Mediam et per
 eas regiones Parthos petens habuit regem eorum obvium:
 primoque duas legiones cum omnibus impedimentis tor- 2
 mentisque et Statiano legato amisit, mox saepius ipse
 15 cum summo totius exercitus discrimine ea adiit pericula,
 a quibus servari se posse desperaret, amissaque non minus
 quarta parte militum captivi cuiusdam, sed Romani, consi-
 lio ac fide servatus, qui clade Crassiani exercitus captus,
 cum fortuna non animum mutasset, accessit nocte ad
 20 stationem Romanam praedixitque, ne destinatum iter pete-
 rent, sed diverso silvestrique pervaderent. hoc M. Antonio 3
 ac tot illis legionibus saluti fuit: de quibus tamen totoque
 exercitu haud minus pars quarta, ut praediximus, militum,
 calorum servitiique desiderata tertia est; impedimentorum
 25 vix ulla superfuit. hanc tamen Automus fugam suam,
 qua vivus exierat, victoriam vocabat. qui tertia aestate

2 *meruerit A*. 4 *laxior (A, I) laxius A*. 8 *sepelivit in*
S. bellum Rubicon: Libonem in Sicilia Bu (deus P) AP

9 *et in A: in P* mitis *saevit Haupt*; *mitibant AP*, *quo*
ante Hauptem contritorum: mitis mutavit (vel labavit); obitum
de loco corruptissimum emendatu p. apud Kritium. 10 *vict.*
AP: xvi Frentium cum Fluro et Iustian. 11 *egressus AP*

16 *a add. Kreyzig*; *e quibus Hecatas | desperaret Haupt*
desperaverat AP. 18 *est servatus Gelerius, s. est Orelli*

19 *fortuna MA: fortunatus P*. 20 *praedestinatum A*

22 *ac tot Salmasius et Lipsius acti AP*. 24 *unum A deliqua*
scriptura

reversus in Armeniam regem eius Artavasden fraude de-
 ceptum catenis, sed, ne quid honori deesset, aureis vin-
 4 xit. crescente deinde et amoris in Cleopatram incendio
 et vitiorum, quae semper facultatibus licentiaque et ad-
 sentationibus aluntur, magnitudine, bellum patriae inferre 5
 constituit, cum ante novum se Liberum Patrem appellari
 iussisset, cum redimitus hederis coronaque velatus aurea
 et thyrsus tenens cothurnisque succinctus curru velut
 Liber Pater vectus esset Alexandriae.

1 83. Inter hunc apparatus belli Plancus, non iudicio 10
 recta legendi neque amore rei publicae aut Caesaris,
 quippe haec semper impugnabat, sed morbo proditor, cum
 fuisset humillimus adsentator reginae et infra servos cliens,
 cum Antonii librarius, cum obscenissimarum rerum et
 2 auctor et minister, cum in omnia et omnibus venalis, 15
 cum caeruleatus et nudus caputque redimitus arundine et
 caudam trahens, genibus innixus Glaucum saltasset in con-
 vivio, refrigeratus ab Antonio ob manifestarum rapinarum
 indicia transfugit ad Caesarem: et idem postea clemen-
 tiam victoris pro sua virtute interpretabatur, dictitans id 20
 probatum a Caesare, cui ille ignoverat; mox autem hunc
 3 avunculum Titius imitatus est. haud absurde Coponius,
 vir e praetoriis gravissimus, P. Sili socius, cum recens
 transfuga multa ac nefanda Plancus absentis Antonio in
 senatu obiceret, multa, inquit, mehercules fecit Antonius 25
 pridie quam tu illum relinqueres.

1 84. Caesare deinde et Messala Corvino consulibus
 debellatum apud Actium, ubi longe ante quam dimicaretur,
 exploratissima Iulianarum partium fuit victoria. vigebat

8 coturnisque *A* 12 impugnarat *Burman* 14 obsco-
 nissimarum *P* 15 et in omnibus *AP*, em. *Gelenius*

21 mox autem (aut *A*) hunc mox a. *MA*, hunc mox a. *P*; ipse
malim mox autem hunc, suum av. (vel. av. suum) 22 *M*.

Titius Lipsius | *C. Coponius Kreyssig* 23 e praetoriis *Schegk*:
 .E. praetorius *MA*, praetorius *P*, egregius, praetorius *Ruhnck.*

P. Sili Gelenius: Patersilii *A*, pater, Sili *P* 29 vigebat
 (urgebat s. l.) *A*

in hac parte miles atque imperator, in illa marcebant omnia: hinc remiges firmissimi, illinc inopia adfectissimi: navium haec magnitudo modica nec celeritati adversa, illa specie terribilior: hinc ad Antonium nemo, illinc ad Caesarem cotidie aliquis transfugebat; rex Amyntas meliora et utiliora secutus; nam Dellius exempli sui tenax ut a Doldabella *ad Cassium, a Cassio ad Antonium, ita ab Antonio transit* ad Caesarem; virque clarissimus Cn. Domitius, qui solus Antonianarum partium nunquam reginam nisi nomine salutavit, maximo et praecipiti periculo transmisit ad Caesarem. denique in ore atque oculis Antonianae classis per M. Agrippam Lencas expugnata, Patrae captae, Corinthus occupata, bis ante ultimum discrimen classis hostium superata.

85. Advenit deinde maximi discriminis dies, quo Caesar Antoniusque productis classibus pro salute alter, in ruinam alter terrarum orbis dimicavere. dextrum navium Iulianarum cornu M. Lurio commissum, laevum Arruntio, Agrippae omne classici certaminis arbitrium; Caesar ei parti destinatus, in quam a fortuna vocaretur, ubique aderat. classis Antonii regimen Publicolae Sosioque commissum. at in terra locatum exercitum Taurus Caesaris, Antonii regebat Caudius. ubi intum certamen est, omnia in altera parte fuere, dux, remiges, milites, in altera nihil praeter milites. prima occupat fugam

1 in (parte illa) *adl. Vannovius* | illam arcebant *MA*

2 hinc ... illinc *Kritz* | remiges *Lipsius* | regem *AP* 3 hac — illas (illa *ali.*) *Heinsius*; *omnis est haec classis quod huius partis*; modica ne (modicam *P*) celeritate *MAP, em. Heinsius*

4 specie *Geleus*; specie et *AP* 5 aliquis *Heinsius*; aliquos *MA*, aliqui transfugebant *P* | rex — ad Caesarem *AP* | *habet post* denique ... superata (v. 14 *sqq.*), *huc transmittit Heinsius* | Myntas *AP* | melior *A* 6 de illis *AP*, Dellius *Lipsius* | exempli sui tenax ut a *Lipsius*; exemplis citae navium *AP*

7 ad Cassium ... transit *supplevit Tschaden, cf. Sen. Suas. 1, 7*

10 pericula *A* 11 aliqui *A* 18 Lurio *Ursinus*; Lurio *AP*

19 Adruntio *AP* 21 Pulcro *Laesoneque AP*

Cleopatra: Antonius fugientis reginae quam pugnantis militis sui comes esse maluit et imperator, qui in desertores saevire debuerat, desertor exercitus sui factus 4 est. illis etiam detracto capite in longum fortissime pugnandi duravit constantia et desperata victoria in mortem 5 dimicabatur. Caesar, quos ferro poterat interimere, verbis mulcere cupiens clamitansque et ostendens fugissè Antonium, quaerebat, pro quo et cum quo pugnarent. at illi cum diu pro absente dimicassent duce, aegre summissis armis cessere victoriam, citiusque vitam veniamque Caesar 10 promisit, quam illis ut eam precarentur persuasum est; fuitque in confesso milites optimi imperatoris, imperatorem 6 fugacissimi militis functum officio, ut dubites, suone an Cleopatrae arbitrio victoriam temperaturus fuerit, qui ad eius arbitrium direxerit fugam. idem locatus in terra 15 fecit exercitus, cum se Canidius praecipiti fuga rapuisset ad Antonium.

1 86. Quid ille dies terrarum orbi praestiterit, ex quo in quem statum pervenerit fortuna publica, quis in hoc 2 transcurso tam artati operis exprimere audeat? victoria 20 vero fuit clementissima, nec quisquam interemptus est paucissimis exceptis, qui ne deprecari quidem pro se sustinerent. ex qua lenitate ducis colligi potuit, quem aut initio triumviratus sui aut in campis Philippiis, si ei licuisset, victoriae suae facturus fuerit *modum*. at Sosium 25

4 etiam *AP*: enim *ed. Orell. errore* | detractato *AP*, *em. Vasosanus* 11 eam *Salmasius*: ea *AP* 12 fuit qui in confessio *A* 13 officio *om. A* | ut dubites suone *Burer*: uidebitis ne *A*, uidebit e suo *P* (functum vice. Dubitesne *Orelli*) 14 fuerat *AP* 15 eius fugam arbitrium d. fugam *A* | *dixit *AP* | in terra (interea s. l.) *A* 22 paucissimis exceptis *Ruhnken*: paucissimi et hi *AP*, nisi paucissimi et ii *Gelenius*, paucissimi eiecti ipse *quondam* | qui depr. quidem pro se non sust. *AP*, *em. Heinsius* 24 Philippicis *Gelenius* | *si ei: sic *A*, si sic *P*, si *Burer* 25 *modum add. Rhenanus* | at Sosium *L. Arruntii Puteanus*: ad solium (folium *P*) alarunt in *AP*, de at dubito, cum particula adversativa parum apta sit; fort. C. Sosium

L. Arruntii prisca gravitate celeberrimi fides, mox, odium
 clementia eluctatus sua, Caesar servavit incolumem. non
 praetereatur Asini Pollionis factum et dictum memora-
 bile: namque cum se post Brundusinam pacem continuisset
 5 in Italia neque aut vidisset unquam reginam aut post
 enervatum amore eius Antonii animum partibus eius se
 miscuisset, rogante Caesare, ut secum ad bellum pro-
 ficisceretur Actiacum: mea, inquit, in Antonium maiora
 merita sunt, illius in me beneficia notiora; itaque dis-
 10 criminari vestro me subtraham et ero praeda victoris.

87. Proximo deinde anno persecutus reginam An-
 toniumque Alexandream, ultimam bellis civilibus imposuit
 manum. Antonius se ipse non segniter interemit, adeo
 ut multa desidia crimina morte redimeret. at Cleopatra
 15 frustratis custodibus inlata aspide morsu eius, sane expertis
 muliebri motus, spiritum reddidit. fuitque et fortuna et
 clementia Caesaris dignum, quod nemo ex iis, qui contra
 eum arma tulerant, ab eo iussu eius interemptus est.
 D. Brutum Antonii interemit crudelitas, Sextum Pom-
 20 peium ab eo devictum idem Antonius, cum dignitatis quo-
 que servandae dedisset fidem, etiam spiritu privavit. Brutus
 et Cassius ante, quam victorum experirentur animum, vo-
 luntaria morte obierunt. Antonii Cleopatraeque quis fuisset
 exitus narravimus. Canidius timidius decessit, quam pro-
 25 fessione ei, qua semper usus erat, congruebat. ultimus
 autem ex interfectoibus Caesaris Parmensis Cassius morte
 poenas dedit, ut dederat Trebonius *primus*.

1 viri prisca *Orelli* | odium . . . eluctatus *Madroy*: diu . . .
 luctatus *AP* 4 namque *MA*: nam *P* | Brundisinam *P*
 [non *A*] 7 miscuisset *MA*: immiscuisset *P* 9 discrimina-
AP, cu *Accidalius* 11 deinde *MA*: om. *P* 12 Alexan-
 dream *MA*: Alexandriam *P* 14 redimeret *malou* 15 aspi-
 dem *A*, aspide in (*?*) *M* erat sane *Accidalius*: sane tunc *M.A.P.*,
 et sane tunc *Burman* 16 mulieris *A* 17 hic *AP*
 18 interemit *A*, est *add. Orelli* 20 ab eo devictum *Accida-*
lius: ab (ob *P*) eodem victum *M.A.P.* 21 servandas om. *A*
 23 Cleopatrae quae *A* 25 in *Claudius*: om. *AP*
 27 primus *add. Adles* ante Trebonium

- 1 88. Dum ultimam bello Actiaco Alexandrinoque Caesar imponit manum, M. Lepidus, iuvenis forma quam mente melior, Lepidi eius, qui triumvir fuerat rei publicae constituendae, filius, Iunia Bruti sorore natus, interficiendi, simul in urbem revertisset, Caesaris consilia 5
 2 inierat. erat tunc urbis custodiis praepositus C. Maecenas equestri, sed splendido genere natus, vir, ubi res vigiliam exigeret, saepe exsomis, providens atque agendi sciens, simul vero aliquid ex negotio remitti posset, otio ac molitiis paene ultra feminam fluens, non minus Agrippa 10
 3 Caesari carus, sed minus honoratus — quippe vixit angusti clavi † pene contentus —, nec minora consequi potuit, sed non tam concupivit. hic speculatus est per summam quietem ac dissimulationem praecipitis consilia iuvenis et mira celeritate nullaque cum perturbatione aut rerum aut hominum oppresso Lepido inmane novi ac resurrecturi belli civilis restinxit initium; et ille quidem male consultorum poenas exsolvit. aequetur praedictae iam Antistii Servilia Lepidi uxor, quae vivo igni devorato praematura morte immortalem nominis sui pensavit memoriam. 20
- 1 89. Caesar autem reversus in Italiam atque urbem quo occursu, quo favore hominum omnium *generum*, aetatum, ordinum exceptus sit, quae magnificentia triumphorum eius, quae fuerit munerum, ne in operis quidem

6 erat *add. Madvig* 7 equestris et *AP* 8 exomis *AP* | prudens *A* 12 pene *AP*: sine *Heinsius*, specie *Zumpt*; coniecerunt alii honore, purpura, panno, quibus coniecturis addere possis subtemine vel mensura, ut dixit *Ovidius Trist.* 4, 10, 35 clavi mensura coacta est | minus maiora *A. Tittler*; at *V. ait*: et non minora (i. e. aequae magna) quam *Agrippa c. p.* 17 incendium *Herelius* 18 Antistiae *AP*, em. *Vossius* 19 praematuram mortem *MA*, em. *Burer*; p. mortem immortali . . . memoria *P*; at *v. Madv. Adv.* II, 307 22 quo occursu *Lipsius*: occursus *AP* | *favore omnium hominum aetatum *AP*; possis etiam omnium hominum omnium generum, aet. etc., ut est in *Cic. or. Pis.* § 96 omnes mortales omnium generum, aetatum, ordinum etc.

iusti materia, nedum huius tam recisè digne exprimi pot-
 est. nihil deinde optare a dis homines, nihil dū homini 2
 bus praestare possunt, nihil voto concipi, nihil felicitate
 consummari, quod non Augustus post reditum in urbem
 5 rei publicae populoque Romano terrarumque orbi reprae-
 sentaverit. finita vicesimo anno bella civilia, sepulta ex-
 terna, revorata pax, sopitus ubique armorum furor, resti-
 tuta vis legibus, iudiciis auctoritas, senatui maiestas, im-
 perium magistratuum ad pristinum redactum modum;
 10 tantummodo octo praetoribus adlecti duo, prisca illa et 4
 antiqua rei publica forma revocata redit cultus agris, sacris
 honos, securitas hominibus, certa cuique rerum suarum
 possessio; leges emendatae utiliter, latae salubriter; sena-
 tus sine asperitate nec sine severitate lectus. prin-
 12 cipes viri triumphisque et amplissimis honoribus functi
 adhortatu principis ad ornandam urbem adlecti sunt.
 consulatus tantummodo usque ad undecimum quin conti- 5
 nuaret Caesar, cum saepe obnitens repugnasset, impetrare
 non potuit: nam dictaturam quam pertinaciter ei deferrebat
 20 populus, tam constanter repulit. bella sub imperatore gesta 6
 pacatusque victoriis terrarum orbis et tot extra Italiam
 domique opera omne aevi sui spatium impensurum in id
 solum opus scriptorem fatigarent: nos memores professionis
 universam imaginem principatus eius oculis animisque
 25 subiecinus.

90. Sepultis, ut praediximus, bellis civilibus coe- 1
 lescentibusque rei publicae membris, et conuere quae

1 nedum in operis aliquodam AP, em. Gelestinus. 2 nihil
 denique Rindk. 6 finito A (bellum) Julia A. 9 redactum A
 10 adlectio (s. sup. a) A, an adlectio? 11 revocata Ar-
 dulus hanc vero me recte (restit) A. 14 laeta A. 16 ad-
 hortatur A, hortatur P. 17 quam Mader) (adlecto non quod
 potuit) quem AP. 18 impetrare A prius. 20 imperatore
 est Orelli. 23 fatigarent Vossius; fatigant AP, fatigant Ar-
 dulus. 25 subiecinus Ardus. 27 et (con etiam) conuere
 Bergii (con Zetzsche) / d. Alterth. Wiss. 1885, p. 211) et conuere
 aliter AP; ut quis quae referret ad membra, amplexum con-

tam longa armorum series laceraverat. Dalmatia, annos viginti et ducentos rebellis, ad certam confessionem pacata est imperii. Alpes feris incultisque nationibus celebres perdomitae. Hispaniae nunc ipsius praesentia, nunc Agrippae, quem usque in tertium consulatum et mox ⁵ collegium tribuniciae potestatis amicitia principis evexerat, ² multo varioque Marte pacatae. in quas provincias cum initio Scipione et Sempronio Longo consulibus primo anno secundi *belli Punici* abhinc annos quinquaginta et ducentos Romani exercitus missi essent duce Cn. Scipione, Africani patruo, per annos ducentos in iis multo mutuoque ¹⁰ ita certatum est sanguine, ut amissis populi Romani imperatoribus exercitibusque saepe contumelia, nonnumquam ³ etiam periculum Romano inferretur imperio. illae enim provinciae Scipiones consumpserunt; illae contumelioso ¹⁵ decem annorum bello sub duce Viriatho maiores nostros exercuerunt; illae terrore Numantini belli populum Romanum concusserunt; in illis turpe Q. Pompei foedus turpiusque Mancini senatus cum ignominia dediti imperatoris rescidit; illa tot consulares, tot praetorios absumpsit ²⁰ duces, patrumque aetate in tantum Sertorium armis extulit, ut per quinquennium diudicari non potuerit, Hispanis Romanisne in armis plus esset roboris et uter populus ⁴ alteri pariturus foret. has igitur provincias tam diffusas, tam frequentis, tam feras ad eam pacem abhinc annos ²⁵ ferme quinquaginta perduxit Caesar Augustus, ut quae maximis bellis numquam vacaverant, eae sub C. Antistio ac deinde P. Silio legato ceterisque postea etiam latrociniiis vacarent.

monemus: etiam pacatae sunt provinciae tam diu bellis laceratae. 1 annos *hic add. Orelli* 3 incultisque *Heinsius: multisque AP* 4 per do. (*sic A* 9 belli *add. Heinsius* | anno *A* 10 misissent *A* 11 hiis *A*, his *P* 12 pop. R.] praetor *AP* 13 etiam nonnumquam *AP*, *transposuit Gelenius* 15 *X Lipsius: XX. AP* 19 dedit imperatoris rescindit *A* 22 poterit *MA* 27 eae *P: hae A* | Antistio *Gelenius: Aristio AP*

91. Dum pacatur Occidens, ab Oriente ac rege Par-
 thorum signa Romana, quae Crasso oppresso Orodes, quo
 Antonio pulso filius eius Phraates ceperant, Augusto re-
 missa sunt. quod cognomen illi iure Planci sententia
 consensus universi senatus populiue Romani indidit. erant
 tamen qui hunc felicissimum statum odissent: quippe L.
 Murena et Fannius Caepio diversis moribus (nam Murena
 sine hoc facinore potuit videri bonus, Caepio et ante hoc
 erat pessimus) cum iniissent occidendi Caesaris consilia,
 oppressi auctoritate publica, quod vi facere voluerant, iure
 passi sunt. neque multo post Rufus Egnatius, per omnia
 gladiatorum quam senatorum propior, collecto in aeditate fa-
 vore populi, quem extinguendis privata familia incendis
 in dies auverat, in tantum quidem, ut ei praeturam
 continuaret, mox etiam consulatum petere ausus, cum
 esset omni flagitiorum scelerumque conscientia mersus nec
 melior illi res familiaris quam mens foret, adgregatis si-
 millimis sibi interimere Caesarem statuit, ut quo salvo
 salvus esse non poterat, eo sublato moreretur. quippe
 ita se mores habent, ut publica quisque ruina malit occi-
 dere quam sua proteri et idem passurus minus conspici,
 neque hic prioribus in occultando felicius fuit, abditusque
 carceri cum consciis facinoris mortem dignissimam vita
 sua obtulit.

92. Praeclarum excellentis viri factum C. Sentii
 Saturnini circa ea tempora consulis ne fraudetur memoria
 aberat [in] ordinandis Asiae Orientisque rebus Caesar,
 circumferens terrarum orbi praesentia sua pacis suae bona,
 tum Sentius, forte et solus et absente Caesare consul,
 cum alia prisca severitate summaque constantia, vetere

2 oppresso *Gelertius*: prima *P*, primo *A* 3 Phraates
A, Phraates *P* 4 iure *Orelli* sive *AP*, an cognomen in-
 tero? 8 ante hoc *Gelertius*: hoc ante *AP* 9 iniissent *P*
 (non *A*) 16 omnium *Burmese* 20 et *all. Burm.* 21 et
 om. *A* | inter idem passurus *Stanger* 22 carceri *Krause*
 27 in *del. Heinoue* 28 sua *del. Rahnl.* 30 veterum *Rahnl.*

consulum more ac severitate, gessisset, protraxisset publicanorum fraudes, punisset avaritiam, regessisset in aerarium pecunias publicas, tum in comitiis habendis praecipuum egit consulem: nam et quaesturam petentes, quos indignos iudicavit, profiteri vetuit, et, cum id facturos se perseverarent, consularem, si in campum descendissent, vindictam minatus est, et Egnatium florentem favore publico sperantemque ut praeturam aedilitati, ita consulatum praeturae se iuncturum, profiteri vetuit, et cum id non obtinuisset, iuravit, etiam si factus esset consul suffragiis populi, tamen se eum non renuntiaturum. quod ego factum cuilibet veterum consulum gloriae comparandum reor, nisi quod naturaliter audita visis laudamus libentius et praesentia invidia, praeterita veneratione prosequimur et his nos obrui, illis instrui credimus.

93. Ante triennium fere, quam Egnatianum scelus erumperet, circa Murenæ Caepionisque coniurationis tempus, abhinc annos quinquaginta, M. Marcellus, sororis Augusti Octaviae filius, quem homines ita, si quid accidisset Caesari, successorem potentiae eius arbitrabantur futurum, ut tamen id per M. Agrippam securo ei posse contingere non existimarent, magnificentissimo munere aedilitatis edito decessit admodum iuvenis, sane, ut aiunt, ingenuarum virtutum laetusque animi et ingenii fortunaeque, in quam alebatur, capax. post cuius obitum Agrippa, qui sub specie ministeriorum principalium profectus in Asiam, ut fama loquitur, ob tacitas cum Marcello offensiones praesenti se subduxerat tempori, reversus inde filiam Caesaris Iuliam, quam in matrimonio Marcellus habuerat, duxit uxorem, feminam neque sibi neque rei publicae felix uteri.

[vetere . . . severitate] *Krause* 1 ac gravitate *Orelli*, ac sanctitate *Laurent* 4 quos] quod *A* 9 profiteri *om. A*
 21 securos *AP* 23 ut aiunt *ing. MA*: *ing. ut aiunt P*
 30 foemina *A*

94. Hoc tractu temporum Ti. Claudius Nero, qui 1
 primo, ut praediximus, Livia, Drusi Claudiani filia, de-
 sponsente Ti. Nerone, cui ante nuptia fuerat, Caesari
 nupserat, inmutitus caelestium praecipitorum disciplinis, 2
 juvenis genere, forma, celsitudine corporis, optimis studiis
 maximoque ingenio instructissimus, qui protinus quantum
 est, sperari potuerat visuque praetulerat principem, quaer- 3
 stor undevicesimum annum agens capessere coepit rem
 publicam maximamque difficultatem annonae ac rei fru-
 10 mentariae inopiam ita Ostiae atque in urbe mandatu vitrici
 moderatus est, ut per id, quod agebat, quantus evasurus
 esset, eluceret. nec multo post missus ab eodem vitrico 4
 cum exercitu ad visendas ordinandasque, quae sub Oriente
 sunt, provincias, praecipuis omnium virtutum experimentis
 15 in eo tractu editis, cum legionibus ingressus Armeniam,
 redacta ea in potestatem populi Romani regnum eius
 Artavasdi dedit. quin rex quoque Parthorum tanti nomi-
 nis fama territus liberos suos ad Caesarem misit obsides.

95. Reversum inde Neronem Caesar laud medio 1
 20 cris belli mole experiri statuit, adiutore operis dato fratre
 ipsius Druso Claudio, quem intra Caesaris penates enixa
 erat Livia. quippe uterque e diversis partibus Raetos Vin 2
 delicosque adgressi, multis urbium et castellorum oppu-
 gnationibus nec non directa quoque acie feliciter functi

1 Ti.] T. AP 2 primo *Albius* primo AP) respondente
 AP (em Drusi . . . n fuerat uxore Claudia et Rebula uxor-
 cerunt, ut patet ex 75, 2 et 79, 2) 3 Ti. A = I et M, om. P
 7 nraque praetulerat AP, em. Uranus (potuerat) 8
 tulerat *Herodotus*) 8 capessere P (om. MA) 10 nota erat
 que AP, em. *Herodotus* | mandata *Orelli*, mandatum A, man-
 dato P | Ostia et punda post *vitrici* AP 13 que om. A
 14 omnibus A 15 tractu *Gebauer*; tractatu AP 17 Art-
 avasdi P; Artavazi MA | quin *Herodotus*; cum AP, tom. *Herod-*
 20 mole *Herodotus*; molon P; meron A 22 = diversis
Stanger diluis AP, cf. 169, 3 | Raetos A; Raetos P 23 ac
 em A, castellorumque *Orelli* 24 directa A; directa P, cf.
 ad 47, 2

gentes locis tutissimas, aditu difficillimas, numero frequen-
tes, feritate truces maiore cum periculo quam damno
Romani exercitus, plurimo cum earum sanguine per-
domuerunt. ante quae tempora censura Planci et Pauli acta
inter discordiam neque ipsis honori neque rei publicae
usui fuerat, cum alteri vis censoria, alteri vita deesset,
Paulus vix posset implere censorem, Plancus timere de-
beret, nec quidquam obiiicere posset adulescentibus aut
obiiicientes audire, quod non agnosceret senex.

1 96. Mors deinde Agrippae, qui novitatem suam mul- 10
tis rebus nobilitaverat atque in hoc perduxerat, ut et
Neronis esset socer, cuiusque liberos nepotes suos divus
Augustus praepositis Gai ac Lucii nominibus adoptaverat,
admovit propius Neronem Caesari: quippe filia Iulia eius,
2 quae fuerat Agrippae nupta, Neroni nupsit. subinde bel- 15
lum Pannonicum, quod inchoatum ab Agrippa Marcoque
Vinicio, avo tuo, consulari magnum atroxque et perquam
vicinum imminabat Italiae, per Neronem gestum est.
3 gentes Pannoniorum Delmatarumque nationes situmque
regionum ac fluminum numerumque et modum virium 20
excelsissimasque et multiplices eo bello victorias tanti
imperatoris alio loco explicabimus: hoc opus servet formam
suam. huius victoriae compos Nero ovans triumphavit.

1 97. Sed dum in hac parte imperii omnia geruntur
prosperrime, accepta in Germania clades sub legato M. 25
Lollo, homine in omnia pecuniae quam recte faciendi
cupidiore et inter summam vitiorum dissimulationem vitio-

3 perdomuerunt *P*: perdomuere *A* 4 tantae quae *A*
5 ipsi *AP* 6 fuerat *Orelli*: foret *AP*, fuit *Gelen*. | cum al-
teri . . timere deberet *om. A* 6 censori *AP*, *em. Burman*
8 nec *A et Gelenius*: ne *P* 14 Iulia filia *Haase* (filia eius
I. *Gelenius*, ut est 100, 2) 15 Agrippa nuptae *A* 16 ab
add. Lipsius 17 consulari *Kritz*: *COSS. AP*, v. cl. (viro
clarissimo) *Sauppe*, Marco V. a. t. consule *Lipsius*; *emendatio*
loci incerta est | pro quam *A* 19 Pannonicorum *A* | Dalmata-
rumque *P (non MA)* 21 excellentissimasque *Gelenius*
22 loco *A corr. e colo* 26 Lolio *AP* 27 uictorum *A*

sissimo, amissaque legionis quintae aquila vocavit ab urbe
 in Gallias Caesarem. cura deinde atque onus Germanici 2
 belli delegata Druso Claudio, fratri Neronis, adolescenti
 tot tantarumque virtutum, quot et quantas natura mor-
 5 talis recipit vel industria perficit. cuius ingenium utrum
 bellicis magis operibus an civilibus suffecerit artibus, in
 incerto est: morum certe dulcedo ac suavitas et adversus 3
 amicos aequa ac par sui aestimatio inimitabilis fuisse di-
 citur; nam pulchritudo corporis proxima fraternae fuit.
 10 sed illum magna ex parte donitorem Germaniae, plurimo
 eius gentis variis in locis profuso sanguine, factorum ini-
 quitas consulem, agentem annum tricesimum, rapuit. 1
 deinde eius belli translata in Neronem est: quod is sua
 et virtute et fortuna administravit peragratusque victor
 15 omnis partis Germaniae sine ullo detrimento commissi ex-
 ercitus, quod praecipue huic duci semper curae fuit, sic
 perdonavit eam, ut in formam paene stipendiariae redi-
 geret provinciae. tum alter triumphus cum altero con-
 sulatu ei oblatu est.

98. Dum ea, quae praediximus, in Pannonia Ger- 1
 maniaque geruntur, atrox in Thracia bellum ortum, omni-
 bus eius gentis nationibus in arma accensis, L. Pisonis,
 quem hodieque diligentissimum atque eundem lenissimum
 securitatis urbanae custodem habemus, virtus compressit,
 2 (quippe legatus Caesaris triennio cum his bellavit gentes-
 que ferocissimas plurimo cum eorum excidio nunc acie,
 nunc expugnationibus in pristinum pacis redegit modum)
 eiusque patracione Asiae securitatem, Macedoniae pacem
 reddidit. de quo viro hoc omnibus sentiendum ac praedi- 4
 20 candum est, esse mores eius vigore ac lenitate mixtis-
 simos et vix quemquam reperiri posse, qui aut otium

5 perficit *Lipinae*: percipit *AP*, cf. II, 2, 2. 11 gentes *A*

14 pervagaturque *Ruhelov*. 17 regeret *A*. 20 quae dicitur
 nunc *A* *haud vero an recte*, cum *Vall* modo de his dixerit.

25 hinc *A*, hinc *P*.

validius diligit aut facilius sufficiat negotio et magis quae agenda sunt curet sine ulla ostentatione agendi.

- 1 99. Brevi interiecto spatio Ti. Nero duobus consulatibus totidemque triumphis actis tribuniciae potestatis consortione aequatus Augusto, civium post unum, et hoc, 5 quia volebat, eminentissimus, ducum maximus, fama fortunaque celeberrimus et vere alterum rei publicae lumen 2 et caput, mira quadam et incredibili atque inenarrabili pietate, cuius causae mox detectae sunt, cum Gaius Caesar sumpsisset iam virilem togam, Lucius item maturus esset viribus, ne fulgor suus orientium iuvenum obstaret initiis, dissimulata causa consilii sui, commeatum ab socero atque eodem vitrico adquiescendi a continuatione laborum petiit. 3 quis fuerit eo tempore civitatis habitus, qui singulorum animi, quae digredientium a tanto viro omnium lacrimae, 15 quam paene ei patria manum iniecerit, iusto servemus 4 operi: illud etiam in hoc transeursu dicendum est, ita septem annos Rhodi moratum, ut omnes, qui pro consulibus legatique in transmarinas sunt profecti provincias, visendi eius gratia *Rhodum deverterint* atque eum 20 convenientes semper privato, si illa maiestas privata umquam fuit, fascēs suos summiserint fassique sint otium eius honoratius imperio suo.

- 1 100. Sensit terrarum orbis digressum a custodia Neronem urbis: nam et Partlus desciscens a societate 25 Romana adiecit Armeniae manum et Germania aversis 2 domitoris sui oculis rebellavit. at in urbe eo ipso anno, quo magnificentissimis gladiatorii muneris naumachaeque

3 Ti. P: T. A 11 viribus *Bipont.* uiris AP, curis *Heinsius* 13 vitrico A 15 a tanto P: et anto A 18 moratum MA: moratum est P 19 legatisque A *corr.* sunt *addidimus* 20 *gratia ad quem convenientes AP, cf. *Suet. Tib.* 12 vitansque praeternavigantium officia, quibus frequentabatur assidue, nemine cum imperio aut magistratu tendente quoquam, quin deverteret Rhodum. 21 privatos illa AP unquam *Aldus*: nunquam AP 28 magnificentissimi AP, *cm.* *Cuperus*

spectaculis divus Augustus abhinc annos triginta se et Gallo Caninio consulibus, dedicato Martis templo animos oculosque populi Romani repleverat, foeda dictu memoriae que horrenda in ipsius domo tempestas erupit. quippe ³ filia eius Iulia, per omnia tanti parentis ac viri impemior, nihil, quod facere aut pati turpiter posset femina, luxuria libidineve infectum reliquit magnitudinemque fortunae suae peccandi licentia metiebatur, quidquid liberet pro licito vindicans. tum Iulus Antonius, singulare exemplum cle- ⁴ mentiae Caesaris, violator eius domus, ipse sceleris a se commissi ultor fuit (quem victo eius patre non tantum incolunitate donaverat, sed sacerdotio, praectura, consu- latu, provincis honoratum, etiam matrimonio sororis suae filiae in artissimam adfinitatem receperat), Quintusque ⁵ Crispinus, singularem nequitiam supercilio truci protegens, et Appius Claudius et Sempronius Gracchus ac Scipio alique minoris nominis utriusque ordinis viri, quasi cuiuslibet uxore violata, poenas pependere, cum Caesaris filiam et Neronis violassent coniugem. Iulia relegata in insulam patriaeque et parentum subducta oculis, quam tamen comitata mater Scribonia voluntaria exilii permansit comes.

101. Breve ab hoc intercesserat spatium, cum C. ¹ Caesar ante alius provincis ad visendum obitus in Syriam missus, convento prius Ti. Nerone, cui omnem honorem ut superiori habuit, tam varie se ibi gessit, ut nec laudaturum magna nec vituperaturum mediocris materia deficiat. cum rege Parthorum, invene excelsissimo, in insula, quam annis Euphrates ambiabat, aequato utriusque partis numero coit. quod spectaculum stantis ex diverso hinc ²

2 annis A. 3 foeda in dictu A. 7 ⁸ libidine AP.

9 magnitiam AP: iudicant Rhein. in sq. et s. l. A. | Iulus Schenk-
lulius AP. 11 artissimam P. 18 poenas pependissent, pepen-
deru A, quo respicit Orelli quae pto quod concors. 21 volun-
taria AP, em. Lipsius. 23 ad visendum Ispahan: ad videndum
MA, ad vedandum P. 24 l. A. 27 circulebatum concilio
AP em. Gelenius. 29 coit P: volit A.

Romani, illinc Parthorum exercitus, cum duo inter se eminentissima imperiorum et hominum coirent capita, perquam clarum et memorabile sub initia stipendiorum
 3 meorum tribuno militum mihi visere contigit: quem militiae gradum ante sub patre tuo, M. Vinici, et P. Silio 5
 auspicatus in Thracia Macedoniaeque, mox Achaia Asiaeque et omnibus ad Orientem visis provinciis et ore atque utroque maris Pontici latere, haud iniucunda tot rerum, locorum, gentium, urbium recordatione perfruar. prior Parthus, apud Gaium in nostra ripa, posterior hic apud 10
 regem in hostili epulatus est.

1 102. Quo tempore M. Lollii, quem veluti moderatorem iuventae filii sui Augustus esse voluerat, perfida et plena subdoli ac versuti animi consilia, per Parthum indicata Caesari, fama vulgavit: cuius mors intra paucos 15
 dies *secuta* fortuita an voluntaria fuerit ignoro. sed quam hunc decessisse laetati homines, tam paulo post obiisse Censorinum in iisdem provinciis graviter tulit civitas, virum demerendis hominibus genitum. Armeniam deinde *Gaius* ingressus prima parte introitus prospere *rem* gessit; 20
 mox in conloquio, cui se temere crediderat, circa Artageram graviter a quodam, nomine Adduo, vulneratus, ex eo ut corpus minus habile, ita animum minus utilem rei
 3 publicae habere coepit. nec defuit conversatio hominum vitia eius adsentatione alentium (etenim semper magnae 25
 fortunae comes adest adulatio), per quae eo ductus erat, ut in ultimo ac remotissimo terrarum orbis angulo coneescere quam Romam regredi mallet. deinde reluctatus

5 M. Vinici] 'Exēp. vetust. sic habet, ut potius legendum existimem, M. Vinicio' Burer 10 Caium P 13 perfidia A
 15 Caesari fama vulgavit Lipsius: Caesaris iam auulganit AP
 16 *secuta addidimus* | ignoro P: dignior A 17 obiisse A: odisse P (in mg. obiisse) 20 Gaius add. Krause | rem add. Heinsius 21 conloquium (coll. A) AP | Artagera Muretus cum Zonara p. 539 D 22 Adduo] Ἀδδων Zonaras 26 comes est A
 28 deinde rel. P: diu de re luctatus A, diu reluct. (vel de

invitusque revertens in Italiam in urbe Lyciae (Linyra nominat) morbo obiit, cum ante annum ferme Lucius Caesar frater eius Hispanias petens Massiliae decessisset.

103. Sed fortuna, quae subdlexerat spem magni
 5 nominis, iam tum rei publicae sua praesidia reddiderat: quippe ante utriusque horum obitum patre tuo P. Vinicio
 consule Ti. Nero reversus Rhodo incredibili laetitia patriam repleverat. non est diu cunctatus Caesar Augustus; 2
 neque enim quaerendus erat quem legeret, sed legendus
 10 qui eminebat. itaque quod post Lucii mortem adhuc Gaio 3
 vivo facere valuerat atque vehementer repugnante Nerone
 erat inhibitus, post utriusque adolescentium obitum facere
 perseveravit, ut et tribuniciae potestatis consortionem Ne-
 15 ronum constitueret, multum quidem eo cum domi tum in
 senatu recusante, et cum Aelio Cato G. Sentio consulibus
 V. Kal. Julias, post urbem conditam annis septingentis
 quinquaginta quattuor, abhinc annos septem et viginti ad-
 20 optaret. laetitiam illius diei concursumque civitatis et 4
 vota paene inserentium caelo manus spemque conceptam
 perpetuae securitatis aeternitatisque Romani imperii vix
 in illo iusto opere abunde persequi poterimus, nedum hic
 implere temptemus, *contenti* id unum dixisse quam ille 5
 omnibus *faustus* fuerit. tum refulsit certa spes liberorum
 parentibus, viris matrimoniorum, dominis patrimonii, omni-

redita luct) *Burer secundum inserta eadem restituit*, de in dia
 rel *Aridalio*, ha deinde r *Rubel*. 1 Linyra li— A) M.A.
 Linyram P, em. *Rubel* ex *Strab.* XIV, p. 281 C. 2 quora
 P, qui A | Lucius) L. *Gelenius* quinquagenarium AP
 3 Mautilia P (non MA) 7 Ti P) T. P 9 legerat M
 11 atque P, utque vel eo quod M teste *Burero*, quae ex A,
 adusque *Hensius*, ut ipsoque? 15 recitante em. A) C. *add.*
Abus 16 19 CLIII) P) ACCLIII) M.A. 17 *annos* A
annis P 19 *natusq* spem quae A | conceptam *Burero* | con-
 ceptae AP 21 *hinc* AP 22 *tentemus* P | *contenti* sup-
 plevit *Rhenanus*, *contenti* simis *Burer* | quanti *Rhenanus*, quod
 nobis *quae* *ceruus* *videtur*, si ad ille *Tiberius*, ac non *dua*
supplendum *est* 23 *faustus* *abidi*, *omnibus* *faverit* *Modery*.
alorum *tonatus* c. apud *Kritorum*

bus hominibus salutis, quietis, pacis, tranquillitatis, adeo ut nec plus sperari potuerit nec spei responderi felicius.

- 1 104. Adoptatus eadem die etiam M. Agrippa, quem post mortem Agrippae Iulia enixa erat, sed in Neronis adoptione illud adiectum his ipsis Caesaris verbis: hoc, 5
 2 inquit, rei publicae causa facio. non diu vindicem custodemque imperii sui morata in urbe patria protinus in Germaniam misit, ubi ante triennium sub M. Vinicio, avo tuo, clarissimo viro, immensum exarserat bellum. erat id ab eo quibusdam in locis gestum, quibusdam sustentatum 10
 3 feliciter eoque nomine decreta ei cum speciosissima inscriptione operum ornamenta triumphalia. hoc tempus me, functum ante tribunatu, castrorum Ti. Caesaris militem fecit: quippe protinus ab adoptione missus cum eo praefectus equitum in Germaniam, successor officii patris 15
 mei, caelestissimorum eius operum per annos continuos novem praefectus aut legatus spectator et pro captu mediocritatis meae adiutor fui. neque illi spectaculo, quo fructus sum, simile condicio mortalis recipere videtur mihi, cum per celeberrimam Italiae partem tractumque omnem 20
 Galliae provinciarum veterem imperatorem et ante meritis ac virtutibus quam nomine Caesarem revisentes sibi quisque quam illi gratularentur plenius. at vero militum 25
 4 spectu eius elicitalae gaudio lacrimae alacritasque et salutationis nova quaedam exultatio et contingendi manum cupiditas non continentium, protinus quin adicerent, vide-

3 adoptatus *om. A* | eodem *Krause* | M. *del. Ursinus*
 8 ubi *P*: uti *A* 9 id *Lipsius*: et *AP* (et erat *Haase*) 11 ei *P*: et *A* 13 tribunatum *A* | Ti. *P*: T. *A* 14 fecit *AP*: vidit *Stanger* 17 VIII. *P*: VIII. *A* *haud scio an recte, v. Kreyssigii praef. p. LII et Sauppium in Musei helvet. I, 139* 17 spectator et *Gelenius*: spectatum *A*, spectatus *P*, spectator aut *Cludius*, cum spectator, tum *Orelli* 18 fructus *M*: fructus *P*, functus *A* 20 tractumq. *Cludius*: tractum *AP*, et tr. *al.* 22 virtutibus *Lipsius*: viribus *AP* | quisq. quam *P*: quisquam *A* 23 at *om. A* 24 elicitalae *P*: felicitate *A* | lacrymae *P*

mus te, imperator? saluum recepimas?' ac deinde 'ego tecum, imperator, in Armenia, ego in Raetia fui, ego a te in Vindelictis, ego in Pannonia, ego in Germania donatus sum' neque verbis exprimi et fortasse vix mereri idem potest.

105. Intrata protinus Germania, subacti Commen-
fates, Attuarii, Bructeri, recepti Cherusci (gentis eius Ar-
minius max nostra clade nobilis), transitus Visurgis, pene-
trata ulteriora, cum omnem partem asperrimam et periculo-
sissimi belli Caesar vindicaret sibi, iis, quae minoris erant
discriminis, Sentium Saturninum, qui iam legatus patris
eius in Germania fuerat, praefecisset, virum multiplicem
virtutibus, quavum, agilem, providum militariumque offi-
ciorum patientem ac peritum pariter, sed eundem, ubi
negotia fecissent locum otio, liberaliter lauteque eo ab-
ulentem, ita tamen, ut eum splendidum atque hilarum
potius quam luxuriosum aut desidem diceres: de cuius
viri claro ingenio celebrique consulatu praedivinus. anni
eius aestiva usque in mensem Decembrem producta in-
tonis emolumentum ferere victoriae. pietas sua Caesarem
paene obstructis hieme Alpibus in urbem traxit, at tutela
imperii eum veris initio reduxit in Germaniam, in cuius
mediis tuis ad caput Luptae fluminis hiberna digrediens
princeps locaverat.

1 receptissimus A. 6 subacta A. i. rati ut facit Thuri Bruo-
tori A. Caturici, Attuarii Caturari Haccosoro Bructeri P.
7 Cherusci P. Cherusci A. gentis eius Arminius Fr. Jacob (in
prog. Lubecae n. 1832) gentis (in P) et indidivore (com-
munes MA) AP, gens Iudaea minus Frohlich, reliquos de
Lora corrigens resurrexit v. in ed. Kretz. 8 transitu AP.
Visurgis A. 10 ad Cludae in AP, om. ubi. 11 lato Gre-
neria: ubi AP. 12 multiplicem in virtutibus AP. 13 nar-
turi P. 15 eo om. A. i. utroque Orelli. 16 atq. hilarum
Orelli. Athalam A, ac hilarum P, aut h. Hübner. 17 aut de-
sidem P. Ardesideri A, fort. ac des. 18 ingenio—A. om. P.
19 perducta AP, om. Lipsius. 21 obstructa AP, om. Ge-
lousi; at tutela Lipsius: ad tutelam AP. 22 initio AP.
23 Luptae Lipsius: Iuliae AP. hiberna P.

1 106. Pro dii boni, quanti voluminis opera insequenti
 aestate sub duce Tiberio Caesare gessimus! perlustrata
 armis tota Germania est, victae gentes paene nominibus
 incognitae, receptae Caechorum nationes: omnis eorum
 iuventus infinita numero, immensa corporibus, situ loco- 5
 rum tutissima traditis armis una cum ducibus suis saepta
 fulgenti armatoque militum nostrorum agmine ante impera-
 2 toris procubuit tribunal. fracti Langobardi, gens etiam
 Germana feritate ferocior; denique quod numquam antea
 spe conceptum, nedum opere temptatum erat, ad quadrin- 10
 gesimum miliarium a Rheno usque ad flumen Albim,
 qui Semnonum Hermundurorumque fines praeterfluit, Roma-
 3 nus cum signis perductus exercitus. et eodem mira feli-
 citate et cura ducis, temporum quoque observantia classis,
 quae Oceani circumnavigaverat sinus, ab inaudito atque 15
 incognito ante mari flumine Albi subvecta, plurimarum
 gentium victoria *parta* cum abundantissima rerum omnium
 copia exercitui Caesarique se iunxit.

1 107. Non tempero mihi quin tantae rerum magni-
 tudini hoc, qualecumque est, inseram. cum citeriorem 20
 ripam praedicti fluminis castris occupassemus et ulterior
 armata hostium iuventute fulgeret, sub omnem motum
conatumque nostrarum navium protinus refugientium, unus
 e barbaris aetate senior, corpore excellens, dignitate, quan-
 tum ostendebat cultus, eminens, cavatum, ut illis mos est, 25
 ex materia conscendit alveum solusque id navigii genus
 temperans ad medium processit fluminis et petiit, liceret

1 in sequenti *A* 3 est *del. Herelius* 5 infinito *A*
 6 tutissimam *A* 7 armatorum *Laurent* 8 Langobardi *M*:
 Longobardi *AP* 9 antea spes *A corr. ex ante alpes*
 11 Aibim *A* 12 Senonum *AP, em. Puteanus* | Hermundurorum-
 que *AP, em. Miller* 14 temporumque o. *Heinsius*
 16 maris flumine labi *A* 17 *parta addidimus* (victrix *Mad-*
vig) 18 Caesarisque *A* 21 ulteriora *A* 22 iuventute *P*:
 uirtute *A* 22 *conatum motumque Iacobs, motumque MA,*
 motum *P; alii aliud supplere, v. ed. Kritz.* 23 auium *A*

sibi sine periculo in eam, quam armis tenebamus, egredi
 ripam ac videre Caesarem data petenti facultas. tum
 adpulso litre et diu tacitus contemplatus Caesarem, no-
 stra quidem, inquit, furit inventus, quae cum vestrum
 5 numen absentium colat, praesentium potius arma metuit
 quam sequitur fidem. sed ego beneficio ac permissu tuo,
 Caesar, quos ante audiebam, hodie vidi deos, nec felicio-
 rem ullum vitae meae aut optavi aut sensi diem. impetra-
 toque ut manum contingeret, reversus in naviculam, sine
 10 sine respectans Caesarem ripae suorum adpulsus est. victor
 omnium gentium locorumque, quos adierat Caesar, [cum]
 incolumi inviolatoque et semel tantummodo magna cum
 clade hostium fraude eorum temptato exercitu in hiberna
 legiones reduxit, eadem qua priore anno festinatione urbem
 15 petens.

108. Nihil erat iam in Germania, quod vinci pos- 1
 set, praeter gentem Marcomannorum, quae Marobodu-
 duce exiit sedibus suis atque in interiora refugiens in-
 cinctos Hercynia silva campos incolebat. nulla festinatio 2
 huius viri mentionem transgredi debet. Maroboduus, genere
 nobilis, corpore praevalens, animo ferox, natione magis
 quam ratione barbarus, non tumultuarium neque fortuitum
 neque mobilem et ex voluntate parentum constantem inter
 suos occupavit principatum, sed certum imperium vni-
 20 regiam complexus animo statuit avocata procul a Romanis
 gente sua eo progredi, ubi cum propter potentiora arma
 refugisset, sua faceret potentissima. occupatis igitur, quos
 praediximus, locis finitimos omnis aut bello domuit aut
 condicionibus iuris sui fecit.

1 tenebamus P: tenebamur MA 2 data MA: data a
 Caesare P 3 lyttere A (et om. Vassianus) 5 non colat
 (rel. colere debet) Madvig c. ad P: et A 8 imperatorum
 MA, om. in P 11 cum del. Heusinger 17 Marcomannorum
 P | Maroboduus A 18 interiora AP, om. Germanos 19 Her-
 cynthia silva AP, om. Hercynos 22 atque fert. Heusinger
 23 parentum MA: parentum P 26 propter del. Madvig
 27 quos P: quis MA

1 109. Corpus suum custodientium imperium, per-
 petuis exercitiis paene ad Romanae disciplinae formam
 redactum, brevi in emens et nostro quoque imperio
 timendum perduxit fastigium gerebatque se ita adversus
 Romanos, ut neque bello nos *lacesseret*, et si lacessere- 5
 2 tur, superesse sibi vim ac voluntatem resistendi *ostenderet*.
 legati, quos mittebat ad Caesares, interdum ut supplicem
 commendabant, interdum ut pro pari loquebantur. genti-
 bus hominibusque a nobis desciscentibus erat apud eum
 perflugium, *in* totumque ex male dissimulato agebat aemu- 10
 lum; exercitumque, quem septuaginta milium peditum,
 quattuor equitum fecerat, adsiduis adversus finitimos bellis
 exercendo maiori quam, quod habebat, operi praeparabat:
 3 eratque etiam eo timendus, quod cum Germaniam ad lae-
 vam et in fronte, Pannoniam ad dextram, a tergo sedium 15
 suarum haberet Noricos, tamquam in omnes semper ven-
 4 turus ab omnibus timebatur. nec securam incrementi sui
 patiebatur esse Italiam, quippe cum a summis Alpium
 iugis, quae finem Italiae terminant, initium eius finium
 5 haud multo plus ducentis milibus passuum abesset. hunc 20
 virum et hanc regionem proximo anno diversis e partibus
 Ti. Caesar adgredi statuit. Sentio Saturnino mandatum, ut
 per Catos excisis continentibus Hercyniae silvis legiones
 Boiohaemum (id regioni, quam incolebat Maroboduus, nomen
 est), ipse a Carnunto, qui locus Norici regni proximus ab 25
 hac parte erat, exercitum, qui in Illyrico merebat, ducere
 in Marcomannos orsus est.

1 custodientium *Madvig*: custodia tum *AP*; priorum *tentamina v. apud Kritziium* 5 lacesseret, at si *supplerit Rhenanus* 6 ostenderet *add. Burman* 10 in *add. Acidalius*, *cf. Madvig. Adv. II, 309* (totusque *Hicinsius*) 11 exercitum, quem *malim* | *LXX. M: LX. AP* 12 quattuor *AP* 13 quod agebat *Burman* | *opi A* 19 eius *P: cuius MA* 20 passum *A* 22 *Ti. P: T. A* 23 *Catthos AP* 24 *Boiohaemum A, Boiohoemum P; duceret addidit Lipsius* 25 a *Carnunto P: Acarnanto (s. l. Ac arnumho) A* 26 duceret *A*.

110 Rumpit interdum, *interdum* moratur proposita 1
 hominum fortuna. praeparaverat iam lubernia Caesar ad
 Danubium admotoque exercitu non plus quam quinque die-
 rum iter a primis hostium *aberat*, *legionisque* quas Sa- 2
 turninum admoovere placuerat, paene aequali divise inter-
 vallo ab hoste intra paucos dies in praedicta loco cum
 Caesare se iuncturae erant, cum universa Pannonia, inmensae
 longae pacis bonis et adulta viribus, Delmatia omnibusque
 tractus eius gentibus in societatem adductis consiliis, arma
 10 corripuit. tum necessaria gloriosis proposita neque tutum
 visum abdito in interiora exercitu vacuum tam vicino hosti
 relinquere Italiam. gentium nationumque, quae rebella-
 verant, omnis numerus amplius octingentis millibus exple-
 bat; ducenta fere peditum colligebantur armis habitis,
 15 equitum novem. cuius immensae multitudinis parentis
 acerrimis ac peritissimis ducibus, pars petere Italiam de-
 creverat innotam sibi Nauporti ac Tergestis confinio, pars
 in Macedoniam se effuderat, pars suis sedibus praesidium
 esse destinaverat. maxima Batoni ac Pinneti ducibus auctori-
 20 tas erat. [in] omnibus autem Pannoniis non disciplinae
 tantummodo, sed linguae quoque notitia Romanae, pleris-
 que etiam litterarum usus et familiaris armorum erat exer-
 citatio: itaque hercules nulla unquam natio tam mature
 consilio belli bellum iniuxit ac decreta patravit. oppressi 6

1 iter dum A; interdum *alterum addit* Heinsius. 2 omnia
 Itanuntum. 4 aberat et legionis etiam quae *supplevit* Heinsius.
 5 admoovere et *Heinsius*, admittere AP. 7 *in hoc add.*
Krause. cetera P; tam MA. 8 et om. A. 9 consiliis *Frühling*;
 consiliis AP, consiliis *Vossius*. 11 abdito A; abdita P.
 12 relinquere om. A. 13 DCCC *Gebnius*; ACCC AP (octin-
 genta nulla *Atofal*). 15 parentis MA; pars P. 16 petere
 MA; praeparare in P. 18 *se effuderat* *Vossius* (sed *de* pars
se in M. a.); effugerat AP. 19 maxima *Heinsius*; proxi-
 ma AP, prima *ol.* | Batoni | *omibus* *Heinsius* AP; Batoni scriben-
 dum esse *proxi- vidit* *Heinsius* in *Add.* p. 70 (cf. 114, 4), sed
 duobus *praeterea* *delevisit*, nisi *vilit* *verba* *se* *transponere*;
 duobus *duobus* Batoni ad P. 20 *in hoc* *Heinsius*. 22 ar-
 tuorum *Bailler* armorum AP. 23 mature A.

cives Romani, trucidati negotiatores, magnus vexillariorum numerus ad interneccionem ea in regione, quae plurimum ab imperatore aberat, caesus, occupata armis Macedonia, omnia et in omnibus locis igni ferroque vastata. quin etiam tantus huius belli metus fuit, ut stabilem illum et firmatum tantorum bellorum experientia Caesaris Augusti animum quateret atque terreret.

1 111. Habiti itaque dilectus, revocati undique et omnes veterani, viri feminaeque ex censu libertinum coactae dare militem. audita in senatu vox principis, decimo die, ni caveretur, posse hostem in urbis Romae venire conspectum. senatorum equitumque Romanorum exactae ad id bellum operae: *prompte* pollicitati. omnia haec frustra praeparassemus, nisi qui illa regeret fuisset. itaque ut praesidium ultimum res publica ab Augusto ducem in bellum poposcit Tiberium. habuit in hoc quoque bello mediocritas nostra speciosi ministerii locum. finita equestri militia designatus quaestor necdum senator aequatus senatoribus, etiam designatis tribunis plebei, partem exercitus ab urbe traditi ab Augusto perduxit ad filium eius. in quaestura deinde remissa sorte provinciae legatus eiusdem ad eundem missus sum. quas nos primo anno acies hostium vidimus! quantis prudentia ducis opportunitatibus fruenter eorum vires universas elusimus, *fudimus*

2 internecionem *AP* (*item alias*) 4 quin *Vascosanus*: quia *AP* 5 etiam tantus *A*: t. etiam *P* 6 firmatum *Burer*: formatum *MA*, fortunatum *P* 8 dilectus *A*: delectus *A* | reuocatus *AP*, evocati *Acidal. at v. Tac. Hist. 2, 82* | et *om. Gelenius* 9 coacti *Cludius* 10 militum *AP* | audita . . pollicitati *posuit Haase post terreret v. 7* 13 *prompte supplevi*; pollicitati omnia. haec *Hottinger* 15 ultimum *Lipsius*: militum *AP* 17 ministri *AP, cm. Lipsius* 19 et iam *Gelenius* 20 traditi ab *A.* ab urbe *Kreyssig* | perduxit *AP* 22 *missus sum: *missum A*, missus *P* 23 ducis usi o. *Heinsius* 24 fruenter *Orelli*: furentis *MAP* | eorum *MA*: in eum *P* | elusimus *ensor in Bibl. eius imus*

philol. I, 42: euasimus *A*, euasimus *P* | *fudimus supplevit Haase; reliquorum tentamina v. apud Kritzius*

partibus! quanto cum temperamento simul civilitatis res auctoritate imperatoria agi vidimus! qua prudentia hiberna disposita sunt! quanto opere inclusus custodis exercitus nostri, ne qui posset erumpere inopsque copiarum et intra se furens viribus hostis elanguesceret!

112. Felix eventu, forte comatu prima aestate belli 1
Messalini opus mandandum est memoriae qui vir animo 2
etiam quam gente nobilior dignissimusque, qui et patrem
Corvinum habuisset et cognomen suum Cottae fratri relin-
queret, praepositus Illyrico subita rebellione cum semi-
plena legione vicesima circumdatus hostili exercitu amplius
viginti milia [hostium] fudit fugavitque et ob id ornamentis
triumphalibus honoratus est. ita placebat barbaris 3
numerus suus, ita fiducia virium, ut ubicumque Caesar
esset, nihil in se reponerent pars exercitus eorum, pro-
posita ipsi duci et ad arbitrium utilitatemque nostram
macerata perductaque ad exitabilem famem, neque instan-
tem sustinere neque cum facientibus copiam pugnandi
derigentibusque aciem ausa congressi occupato monte Clau-
dio munitione se defendit. at ea pars, quae obviam se 4
effluderat exercitui, quem A. Caccina et Silvanus Plautius
consulares ex transmarinis adducebant provinciis, circum-
fusa quinque legionibus nostris auxiliariisque et equitatu
regio (quippe magnam Thracum manum iunctus praedictis
ducibus Rhoemetaces, Thraciae rex, in adiutorium eius
belli secum trahebat) paene exitabilem omnibus cladem

1 civilitatis *Maldig* praesente *Rubuleno*; utilitatis *AP*

2 imperatoris *AP*, *ex Maldig* 5 hostes posset *Kritz* ante re-

re qua 8 quo addidit *Heinrich* 11 amplius XX hostium

P, & in XX *A* hostium *del Ordi* 15 opposita *Lepius*

16 et *del Bothe* | *solventatempore Ordi* 17 instantes stati-

nerat *Aradius* 18 cum *Rubuleno*; ut *AP* 19 derigentibus

quo *A*, derigentibusque *M^oP* | aciem *MA*; aciem *s. l. A*,

etiam *P* (*in mg* 'al. aciem') 20 *et* *ex M* et *in mg. P* | al-

tera *A*, ante *P* 21 Praeposuit *A* 24 ducibus *P* | iunctis *AP*

| iunctis *MA*; iunctis *P* | praedictis *A* 25 Rhoemetes et Alani

MAP, *ex Rhomona* in *Add* p. 79

5 intulit: fugata regionum equestris acies, fugatae alae, con-
 versae cohortes sunt, apud signa quoque legionum trepi-
 datum. sed Romani virtus militis plus eo tempore vindi-
 cavit gloriae quam ducibus reliquit, qui multum a more
 imperatoris sui discrepantes ante in hostem inciderunt, 5
 6 quam per exploratores, ubi hostis esset, cognoscerent. iam
 igitur in dubiis rebus semet ipsae legiones adhortatae,
 iugulatis ab hoste quibusdam tribunis militum, interempto
 praefecto castrorum praefectisque cohortium, non incruen-
 tis centurionibus, e quibus etiam primi ordines cecidere, 10
 invasere hostes nec sustinuisse contenti perrupta eorum
 7 acie ex insperato victoriam vindicaverunt. hoc fere tem-
 pore Agrippa, qui eodem die quo Tiberius adoptatus ab
 avo suo naturali erat et iam ante biennium, qualis esset,
 apparere coeperat, mira pravitate animi atque ingenii in 15
 praecipitia conversus patris atque eiusdem avi sui animum
 alienavit sibi, moxque crescentibus in dies vitiis dignum
 furore suo habuit exitum.

1 113. Accipe nunc, M. Vinici, tantum in bello du-
 cem, quantum in pace vides principem. iunctis exerciti- 30
 bus, quique sub Caesare fuerant quique ad eum venerant,
 contractisque in una castra decem legionibus, septuaginta
 amplius cohortibus, decem alis et pluribus quam decem
 veteranorum milibus, ad hoc magno voluntariorum numero
 frequentique equite regio, tanto denique exercitu, quan- 25
 tus nullo umquam loco post bella fuerat civilia, omnes
 eo ipso laeti erant maximamque fiduciam victoriae in
 2 numero reponebant. at imperator, optimus eorum quae
 agebat iudex et utilia speciosis praeferens quodque semper

1 fugata *P*: fuga *MA*, fusa *Vossius* 3 vindicavit *Putca-*
nus: vindicatum *AP* 4 a more . . discrepantes *Putcanus*:
 amore . . crepantes *AP* 6 tam igitur dubiis *Heinsius* 10 e
add. Boecler | quibus *MA*: qui *P* | ordinis *Gelenius* 11 prae-
 rupta *A* 14 erat etiam *AP* 15 ceperat *A* 20 vides.
 Principes *P* (*non MA*) 23 X alis et *Laurent*: XIII. sed *AP*,
 XIII alis et *Lipsius* 24 adhoc *P*

eum facientem vidi in omnibus bellis, quæ probanda essent, non quæ utique probarentur sequens, paucis diebus exercitum, qui venerat, ad refovendas ex itinere eius vires moratus, cum eum maiorem, quam ut temperari posset, neque haldlem gubernaculo cerneret, dimittere statuit; prosecutusque longo et perquam laborioso itinere, 3 cuius difficultas narrari vix potest, ut neque universos quisquam auderet adgredi et partem digredientium, suorum quisque metu finium, universi temptare non possent, 10 remisit eo, unde venerant, et ipse asperrimæ hiemis initio regressus Sisciam legatos, inter quos ipsi fuimus, partitis præfecit hibernis.

114. O rem dictu non eminentem, sed solida vera- 1 que virtute atque utilitate maximam, experientia suavissi- 15 nam, humanitate singularem! per omne belli Germanici Pannonicique tempus nemo e nobis gradumve nostrum aut præcedentibus aut sequentibus imbecillus fuit, cuius salus ac valetudo non ita sustentaretur Caesaris cura, tanquam distractissimus ille tantorum onerum mole huic 20 uni negotio vacaret animus. erat desiderantibus paratum 2 iunctum vehiculum, lectica eius publicata, cuius *usum* cum alii tum ego sensi: iam medici, iam apparatus cibi, iam in hoc solum una portatum instrumentum balinei nullius non succurrit valetudini: domus tantum ac dome- 25 stici deerant, ceterum nihil, quod ab illis aut præstari aut desiderari posset. adiciam illud, quod, quisquis illis 3 temporibus interfuit, ut alia, quæ retuli, agnosceret protinus: solus semper equo vectus est, solus cum iis, quos invitaverat, maiore parte æstivarum expeditionum cenavit 30 sedens: non sequentibus disciplinam, quatenus exemplo

2 quæ unigue p. *Heindius*: 11 Sisciam *M*: Sisciam *A*, Sisciam *P* 14 utilitatem *A* 17 becillus *A* 18 distractissimus *Ilhemus*: distentissimus *AP* | operum *Syntonus* 20 negotium *Gelenus*: genitio *MA*, om. *P* 21 eorum *gell. Ligatus*

28 una p. *Orfilii*: una p. *A*, importatum *P*; balnei *A*
29 equo *P*; eo quo *A* 30 cenavit *AP*

non nocebatur, ignovit; admonitio frequens, interdum et castigatio, vindicta tamen rarissima, agebatque medium, plurima dissimulans, aliqua inhibens. hiems emolumentum patrati belli contulit, sed insequenti aestate omnis Pannonia reliquiis totius belli in Delmatia maudentibus pacem petiit. ferocem illam tot milium iuventutem, paulo ante servitutem minatam Italiae, conferentem arma, quibus usa erat, apud flumen nomine Bathinum prosternentemque se universam genibus imperatoris, Batonemque et Pinnetem excelsissimos duces, captum alterum, alterum a se deditum iustis voluminibus ordine narrabimus, ut spero. autumnino victor in hiberna reducitur exercitus, cuius omnibus copiis a Caesare M. Lepidus praefectus est, vir nomini ac fortunae Caesarum proximus, quem in quantum quisque aut cognoscere aut intellegere potuit, in tantum miratur ac diligit tantorumque nominum, quibus ortus est, ornamentum iudicat.

115. Caesar ad alteram belli Delmatici molem animum atque arma contulit. in qua regione quali adiutore legatoque fratre meo Magio Celere Velleiano usus sit, ipsius patrisque eius praedicatione testatum est et amplissimorum honorum, quibus triumphans eum Caesar donavit, signat memoria. initio aestatis Lepidus educto hibernis

1 interdum *ensor in ephem. Gotting. (a. 1779, Add. p. 121): inerat PP* 2 *tamen rarissima: amarissima AP, rarissima *Rhenanus* 3 dissimulans . . inhibens *Acidalius*: dissimulantis . . inhibentis AP, cf. *Madvigii Advers. II, 310* | aliquam A | hiemps A, Hyems P 4 non tulit *Friebel* | sed] et *Lipsius* | in sequenti A 6 fero nocem illam A 7 quibus P: qui A 9 Pinnetem AP, cf. 110, 4 10 alterum semel AP | a se om. *Gelenius*, sponte *Cludius*, a suis *Heinsius*, at v. *Dio Cass. 56, 16* 11 autumnus AP 13 a Caesare *Rhenanus*, Caesarem AP, praenomen M addidit *Burer* | nominis AP, em. *Acidali*. 14 Caesarum *Schefferus*: eorum AP 15 intelligere P 19 in qua expeditione *Rudnk.* 20 Velleiano *Gelenius*: ulli flano MP, Ulliflano A 22 honorum AP (donorum prius scripserat A, sed se ipse corrigens id delerit et honorum in eodem versu (non super cum) scripsit)

exercitu per gentis integras immunesque adhuc clade belli
 et eo feroces ac truces tendens ad Tiberium imperatorem
 et cum difficultate locorum et cum vi hostium luctatus,
 magna cum clade obstantium excisis agris, exustis aedi-
 ficis, caesis viris, laetus victoria praedaeque onustus per-
 venit ad Caesarem, et ob ea, quae si propriis gessisset
 auspiciis, triumphare delauerat, ornamentis triumphalibus
 consentiente cum iudicio principum voluntate senatus do-
 natus est. illa aestas maximi belli consummavit effectus:
 quippe Perustae et Desidates Delmatae, situ locorum ac
 montium, ingeniorum ferocia, mira etiam pugnandi scientia
 et praecipue angustiis saltuum paene inexpugnabiles, non
 iam ductu, sed manu atque armis ipsius Caesaris tum
 demum pacati sunt, cum paene funditus eversi forent.
 nihil in hoc tanto bello, nihil in Germania aut videre
 manus aut mirari magis potui, quam quod imperatori
 nunquam adeo ulla opportuna visa est victoriae occasio,
 quam danno amissi pensaret militis semperque visum est
 gloriosissimum, quod esset tutissimum, et ante conscien-
 tia quam famae consultum nec unquam consilia ducis
 iudicio exercitus, sed exercitus providentia ducis rectus est.

116. Magna in bello Delmatico experimenta virtutis
 in incultos ac difficiles locos praemissus Germanicus de-
 dit; celebri etiam opera diligentique Vibius Postumus vir

1 pergentis in in om. P; integras MAP, em. Gylvina

5 incensus (vel everta) vnde Hecstus. 6 ob ea, ob quae
 Manducos, ob quae 1000. 800 Rabod. 8 donatus add. Ibi-
 nensis, honoratus Hecst, cepatos Korb. 9 maximi b. com-
 munit A. 10 Perustae ac Desidates Vindici praecedente Hec-
 stus, perusta adiectivale vnde Hecstus. P; AP | Delmatae M-
 Dalmatae AP. 12 saltum A. 19 gloriosissima AP. 20 quam
 om. A. | nec unquam P; necum, quod MA. 22 Delmatico
 MA. Dalm. P, item infra p. 118, 25. 23 incultus Hecstus;
 nullus AP. 24 celebri Grub, viri Korb, | diligentia Vibius
 Vindici praecedente Popho; diligentia quib. om. A, diligenti quib.
 bus Iulius P; Burer extendit vnde excepit non Iulius sed
 Iul. (?) habere | Postumum P (om. MA)

consularis, praepositus Delmatiae ornamenta meruit triumphalia: quem honorem ante paucos annos Passienus et Cossus, viri quamquam diversis virtutibus celebres, in Africa meruerant. sed Cossus victoriae testimonium etiam in cognomen filii contulit, adulescentis in omnium virtutum exempla geniti. at Postumi operum L. Apronius particeps illa quoque militia eos, quos mox consecutus est, honores excellenti virtute meruit. utinam non maioribus experimentis testatum esset, quantum in omni re fortuna posset! sed in hoc quoque genere abunde agnoscere vis eius potest. nam et Aelius Lamia, vir antiquissimi moris et priscam gravitatem semper humanitate temperans, in Germania Illyricoque et mox in Africa splendidissimis functus ministeriis, non merito, sed materia adipiscendi triumphalia defectus est, et A. Licinius Nerva Silianus, P. Silius filius, quem virum ne qui intellexit quidem abunde miratus est, †ne nihil non optimo civi simplicissimo duci perisset praeferebat, immatura morte et fructu amplissimae principis amicitiae et consummatione evectae in altissimum paternumque fastigium imaginis defectus est. horum virorum mentioni si quis quaesisset me dicere locum, fatentem arguet; neque enim iustus sine mendacio candor apud bonos crimini est.

117. Tantum quod ultimam imposuerat Pannonico ac Delmatico bello Caesar manum, cum intra quinque consummati tanti operis dies funestae ex Germania epi-

1 praepositus *P*: quae positus *A* | Delmatiae *MA*: Dalmatiae *P* 3 *quamquam: quibusdam *AP*, quamvis *Bothe*
 6 At Postumi *P*, ad Postumio *MA* 10 hoc *Gelenius*: loco *AP*
 11 Aelius Lamia *Ruhnken*: etiam *AP* 17 ne (me *A*) nihil non (*om. P*) optimo civi (civis *A*) . . perisset *MAP*, nihil non optimo civi simile, viro simplicissimo, duci peritissimo *Madvig Advers.* II, 310, in quam sententiam ipse malim: nihil non quod viro optimo, civi simpl., duci peritissimo competeret 18 morte supplevit *Orelli* 20 deceptus est *Burman*; *Madvig* *rv.* defectus est alterutro loco delendum esse censet | horum *Burer*: honorum *MA*, quorum *P* 25 ac] ad *A*

stulae *nuatum attulere* caesi Varii trucidatarumque legionum trium totidemque alarum et sex cohortium, velut in hoc saltem tantummodo indulgente nobis fortuna, ne occupato duce *² sed et causa et persona moram exigit. Varus ² Quintilius illustri magis quam nobili ortus familia, vir ingenio mitis, moribus quietus, ut corpore, ita animo immobilior, otio magis castrorum quam bellicae aduetus militiae, pecuniae vero quam non contemptor, Syria, cui praefuerat, declaravit, quam pauper divitem ingressus dives pauperem reliquit; is cum exercitui, qui erat in Germania, ³ praecesset, concepit esse homines, qui nihil praeter vocem membraque haberent hominum, quique gladius domari non poterant, posse iure mulceri. quo proposito mediam in ⁴ gressus Germaniam velut inter viros pacis gaudentes dulcedine iurisdictionibus agendoque pro tribunali ordine ⁵ trahelat aestiva.

118. At illi, quod nisi expertus vix credat, in summa ¹ feritate versutissimi natumque mendacior genus, simulantes fectas litium series et nunc provocantes alter alterum in iurgia, nunc agentes gratias, quod ea Romana iustitia finiret feritasque sua novitate incognitae disciplinae mitesceret et solita armis discerni iure terminarentur, in summam ² socordiam perduxere Quintilium, usque eo, ut se praetorem urbanum in foro ius dicere, non in medis Ger-

1 *nuat* *attulere* *hic* *suppletur*); *alii* *post* VI cohortium
 2 *salutem* *Schlegelii*. 3 [tantummodo] *J* *Orbanus*, tanto in
malis *Huth*. 4 *causa* et *causa* *non* *AP*, ne occup. duce in
debellare *Pannoni* *victores* *Germaniam* *is* *et* *contingeret* *sup-*
pletur *Vossius*, *fort* *supplet* *ne* *non* *duce* *tanta* *clade* *inferret*
 [*sed* *et* *causa* *et* *p.* *Ordi*] *et* *causa* *per* *AP*, *sed* *causa* *et*
p. *alii*. 5 *ita* *Atulabian* *et* *AP*. 13 *mulcere* *A*. 15 *ista*
dict. *A* *de* *var* [*a.* *pro* *trib.* *maana* *ordine* *Burman*. 17 *cred-*
dat *Lipius*; *cred* *lobat* *AP*. 19 *provocantes* *Ribon* *in* *mg* *dem*
A *in* *contextu* [*sed* *rursum* *delitum*]; *provocans* *M*, *provocans* *A*
in *mg* [*secundum* ' *exemplar* '] *et* *P*] *in* *iurgia* *Mudray*; *inter*
AP. 21 *suavitate* *Bubnken*, *an* *suavitate* ? [*mitesceret* *P* *et*
corr. *A*; *mitesceret* *MA*.

2 maniae finibus exercitui praesse crederet. tum iuvenis
 genere nobilis, manu fortis, sensu celer, ultra barbarum
 promptus ingenio, nomine Arminius, Sigimeri principis
 gentis eius filius, ardorem animi vultu oculisque prae-
 ferens, adsiduus militiae nostrae prioris comes, iure etiam 5
 civitatis Romanae decus equestris consecutus gradus, segni-
 tia ducis in occasionem sceleris usus est, haud imprudenter
 speculatus neminem celerius opprimi, quam qui nihil time-
 ret, et frequentissimum initium esse calamitatis securi-
 3 tatem. primo igitur paucos, mox pluris in societatem 10
 consilii recepit: opprimi posse Romanos et dicit et per-
 suadet, decretis facta iungit, tempus insidiarum constituit.
 4 id Varo per virum eius gentis fidelem clarique nominis,
 Segesten, indicatur. obstabant iam fata consiliis omnem-
 que animi eius aciem praestrinxerant: quippe ita se res 15
 habet, ut plerumque cuius fortunam mutaturus est deus,
 consilia corrumpat efficiatque, quod miserrimum est, ut,
 quod accidit, etiam merito accidisse videatur et casus in
 culpam transeat. negat itaque se credere speciemque in
 se benevolentiae ex merito aestimare profitetur. nec diu- 20
 tius post primum indicem secundo relictus locus.

1 119. Ordinem atrocissimae calamitatis, qua nulla
 post Crassi in Parthis damnum in externis gentibus gra-
 vior Romanis fuit, iustis voluminibus ut alii, ita nos
 2 conabimur exponere: nunc summa deflenda est. exercitus 25

6 Romanae decus *Burman*: Romae eius (ius *P*) *AP*, cf. *Madrigii Adv.* II, 311 | consecutus *Heinsius*: consequens *AP* (*depravatum ex scriptura* consequutus) 9 securitates (-tis s. l.) *A* 10 societate consili praecepit *AP* (recipit *Gelenius*) 11 docet *Heinsius* 14 obstabant *Lipsius*: postulabat *AP* | etiam fata *AP* 15 praestruxerat *AP*, em. *Gelenius* 16 cuius f. mutat. est ed. *Bipont.* qui f. mutaturus (imitaturus *A*) *AP* (*sine est*) 18 etiam *P*: et etiam *MA*, id e. *Burer* 19 culpam *P*: culpa *MA* | speciemque *Burman*: spemque *AP* (*est formula gratias agentis, qua quis se benevolentiam indicis voluntatem agnoscere fatetur*) 20 benevolentia *AP* 23 Crassi *P*: Cassi *MA*

omnium fortissimus, disciplina, manu experientiaque bello-
rum inter Romanos milites princeps, marcore ducis, per-
fidia hostis, iniquitate fortunae circumventus, cum ne
pugnandi quidem egrediendive occasio iis, in quantum
5 voluerant, data esset immunitis, castigatis etiam quibusdam
gravi poena, quia Romanis et armis et animis usi fuissent,
inclusus silvis, paludibus, insidiis ab eo hoste ad inter-
necionem trucidatus est, quem ita semper more pecudum
trucidaverat, ut vitam aut mortem eius nunc ira nunc
10 venia temperaret. duci plus ad moriendum quam ad 3
pugnandum animi fuit: quippe paterni avitque exempli
successor se ipse transiit at e praefectis castrorum 4
duobus quam clarum exemplum L. Eggius, tam turpe
Cecionius prodidit, qui, cum longe maximam partem ab-
15 sumpsisset acies, auctor deditiois supplicio quam proelio
mori maluit. at Vala Numonius, legatus Vari, cetera quietus
ac probus, diri auctor exempli, spoliatum equite pedi-
tem relinquens fuga cum alis Rhenum petere ingressus est.
quod factum eius fortuna ulta est; non enim desertis
20 superfuit, sed desertor occidit. Vari corpus semiustum 6
hostilis laceraverat feritas; caput eius abscisum latumque
ad Marobodnum et ab eo missum ad Caesarem gentilicium
tamen tumuli sepultura honoratum est.

120. His auditis revolat ad patrem Caesar; perpe- 1

2 Marco reductio A 4 egrediendive Vossius; egredive
(egredive puer d sup. g A, egregie P; aut MAP, aut egrediendi
Hans, egrediendive aut usario . . data esset aut impunita
Muller) occasio ne Vossius; occasio AP 6 animi ante A
7 paludibus AP 11 avitque P; avitque MA 12 suc-
cessor exempli A | at e A corr. et atque 13 legg. iustari
t. A 14 Cecionius A C Cecionius P; C Cecionius Henzen
16 Vala Num. Ursinus; Valnumonius AP 17 ac P; et A
| equitem pedestem r. supatam (fuga ante P) alio MAP; em.
Gelenius 19 ultra est A | non enim . . occidit] hanc vs. in al.
Orell. acciderunt 21 hostilis Bursi; hosti MA, hostium P;
laceraverat A | abscisum A 22 Marobodnum A 23 Ha
audita . . revertitur] hanc verba transponunt Hans post front
hanc capitis

tuus patronus Romani imperii adsuetam sibi causam suscipit. mittitur ad Germaniam, Gallias confirmat, disponit exercitus, praesidia munit et se magnitudine sua, non fiducia hostis metiens, qui Cimbricam Teutonicamque militiam Italiae minabatur, ultro Rhenum cum exercitu trans-⁵
² greditur. arma infert, quae arcuisse pater et patria contenti erant; penetrat interius, aperit limites, vastat agros, urit domos, fundit obvios maximaque cum gloria, incolumi omnium, quos transduxerat, numero in hiberna revertitur.
³ reddatur verum L. Asprenati testimonium, qui legatus sub¹⁰
 avunculo suo Varo militans gnava virilique opera duarum legionum, quibus praecerat, exercitum immunem tanta calamitate servavit matureque ad inferiora hiberna descendendo vacillantium etiam cis Rhenum sitarum gentium animos confirmavit. sunt tamen, qui ut vivos ab eo vindicatos,¹⁵
 ita iugulorum sub Varo occupata crediderint patrimoniam hereditatemque occisi exercitus, in quantum voluerit, ab⁴
 eo aditam. L. etiam Caedicii praefecti castrorum eorumque, qui una circumdati Alisone immensis Germanorum copiis obsidebantur, laudanda virtus est, qui omnibus diffi-²⁰
 cultatibus superatis, quas inopia rerum intolerabilis, vis hostium faciebat inexcuperabilis, nec temerario consilio nec segni providentia usi speculatique opportunitatem ferro
⁵ sibi ad suos peperere redditum. ex quo apparet Varum, sane gravem et bonae voluntatis virum, magis imperatoris²⁵
 defectum consilio quam virtute destitutum militum se
⁶ magnificentissimumque perdidisse exercitum. cum in capti-

3 et MA: om. P 4 hostis Haupt: hostium AP, om. M teste Burcro 5 minabatur MA: minabantur P | ultro A et Freinsheim: ultra P 6 infert Lipsius: interfecti AP, infert genti, quam Ruhnk. | arguisse AP, em. Lipsius 7 penetrati A 8 obvios P: obulos MA 10 Asprenati A 11 gnava A: naua P 14 vacillantis iam Heinsius | Rheno AP, em. Gelenius 17 occisi A: excisi P | potuerit Burman, valuerit Lipsius 18 Caeditii A 19 Alisone Rhenanus: a Lisone AP 22 inexcuperabilis (-leis P) AP 23 usi P: niti M, niti A | oportunitatem A

vos saeviretur a Germanis, praefari facinoris auctor fuit
 Calvus Caelius, adulescens vetustate familiae suae dignissi-
 mus, qui complexus catenarum, quibus victus erat, seriem,
 ita illas inhiit capiti suo, ut protinus pariter sanguinis
 cerebrique effluvio spiraret.

121. Eadem virtus et fortuna subsequenti tem- 1
 pore ingressi Germaniam imperatoris Tiberii fuit, quae
 initio fuerat. qui concussis hostium viribus classicis pe-
 ditumque expeditionibus, cum res Galliarum maximae molis
 10 accensasque plebis Viennensium dissensiones coercitione
 magis quam poena mollisset, et senatus populusque Ro-
 manus postulante patre eius, ut aequum ei rus in omnibus
 provinciis exercitibusque esset, quam erat ipsi, decreto
 complexus esset (etenim absurdum erat non esse sub illo,
 15 quae ab illo vindicabantur, et qui ad opem ferendam pri-
 mus erat, ad vindicandum honorem non iudicari parum),
 in urbem reversus iam prudem debitum, sed continuatione
 bellorum dilatum ex Pannoniis Delmaticisque egit triumphum
 cuius magnificentiam quis miretur in Caesare? fortunae 3
 20 vero quis non miretur indulgentiam? quippe omnis emi-
 nentissimos hostium duces non occisos fama narravit, sed
 victos triumphus ostendit; quem mihi fratrisque meo inter
 praecipuos praecipuisque donis adornatos viros comitari
 contigit.

22. Quis non inter reliqua, quibus singularis mode- 1
 ratio Ti. Caesaris elucet atque eminet, hoc quoque mire-
 tur, quod, cum sine ulla dubitatione septem triumphos
 meruerit, tribus contentus fuit? quis enim dubitare

2 Contin. A | adulescens *Rodericus*: ad AP 5 effluvio
Leprosus in finem AP 6 catenis A; eadem et P 7 ingressi
 Germaniam *Bardili*: ingressa athenam quantum P MAP
 8 contin. *Rodericus* 10 accensasque P: accensasque MA
 plebe A | coercitione AP 11 et *add. Hispaniae* 12 aequum
 si ma idem, equum eius AP 18 quatuor] atque mal. *Orilla*
 ipse AP, em. *Rhes.* 20 indulgentiam A 22 mihi *Burrer*
 mala AP 26 Ti. P, T. A 28 fact *Hunob*: fuerit AP

potest, quin ex Armenia recepta et ex rege praeposito ei, cuius capiti insigne regium sua manu imposuerat, ordinatisque rebus Orientis ovans triumphare debuerit, et Vindelicorum Raetorumque victor curru urbem ingredi? 2 fractis deinde post adoptionem continua triennii militia 5 Germaniae viribus idem illi honor et deferendus et recipiendus fuerit? et post cladem sub Varo acceptam, *expectato* ocius prosperrimo rerum eventu eadem excisa Germania triumphus summi ducis adornari debuerit? sed in hoc viro nescias, utrum magis mireris, quod laborum 10 periculorumque semper excessit modum, an quod honorum temperavit.

1 123. Venitur ad tempus, in quo fuit plurimum metus. quippe Caesar Augustus cum Germanicum nepotem suum reliqua belli patraturum misisset in Germaniam, 15 Tiberium autem filium missurus esset in Illyricum ad firmanda pace quae bello subegerat, prosequens cum simulque interfuturus athletarum certaminis ludicro, quod eius honori sacratum a Neapolitanis est, processit in Campaniam. quamquam iam motus imbecillitatis inclinataeque 20 in deterius principia valetudinis senserat, tamen obuitente vi animi prosecutus filium digressusque ab eo Beneventi ipse Nolam petiit: et ingravescente in dies valetudine, cum sciret, quis volenti omnia post se salva remanere accersendus foret, festinanter revocavit filium; ille ad pa- 25 trem patriae *expectato* revolavit maturius. tum securum se Augustus praedicans circumfusisque amplexibus Tiberii sui, commendans illi sua atque ipsius opera nec quid-

1 praeposito ei *Heinsius*: praepositi (pro- *P*) *MAIP*, ei praeposito *Rhen*. 4 praetorumque *A ante corr.* 7 **ex-*

expectato ocius: totius *MA*, ocius *P*, voto ocius *Burman*

9 triumphum *AP*, *em. Heinsius* | adornari *MA*: adornare *P*

10 nescis *A* 16 firmanda *Burer*: formanda *AP* 17 eumque simul *A* 18 certamini *Cellarius* 23 et *AP*: at *Herelius*

24 post se *P*: posse *A* 25 accersendum *A*, arcessendus *Ruhnken*

quam iam de fine, si fata poscerent, recusans, subrefectus primo conspectu alloquioque carissimi sibi spiritus, mox, cum omnem curam fata vincerent, in sua resolutus inertia Pompeio Apuleioque consulibus septuagesimo et sexto anno animam caelestem caelo reddidit.

124. Quid tunc homines timuerint, quae senatus 1
trepidatio, quae populi confusio, quis urbis metus, in
quam arto salutis exitique fuerimus confinio, neque mihi
tam festinanti exprimere vacat neque cui vacat potest. id
1 solum voce publica dixisse *satis* habeo: cuius orbis ruinam
timueramus, cum ne commotum quidem sensitimus, tante
que unius viri maiestas fuit, ut nec bonis ** neque con-
tra malos opus armis foret. una tamen veluti luctatio 2
civitatis fuit, pugnantis cum Caesare senatus populique
3 Romani, ut stationi paternae succederet, illius, ut potius
aequalem civem quam eminentem liceret agere principem.
tandem magis ratione quam honore victus est, cum quid-
quid tuendum non suscepisset, peritulum videret, solique
huic contigit paene diutius recusare principatum, quam,
2 ut occuparent eum, alii armis pugnaverant. post reddi- 3
tum caelo patrem et corpus eius humanis honoribus, numen
divinis honoratum, primum principalium eius operum fuit
ordinatio comitiorum, quam manu sua scriptam divus
Augustus reliquerat. quo tempore mihi fratrique meo, 4
2 candidatis Caesaris, proxime a nobilissimis ac sacerdotali-
bus viris destinari praetoribus contigit, consecutis, ut ne-
que post nos quemquam divus Augustus neque ante nos
Caesar commendaret Tiberius.

4 Appulorum *Kreyssig* | et A: om P 5 caelo P: deo A

7 urbis A et *Acridionis*, urbis P 10 satis *add. Iudok*

12 non P: ne A | bonis: *part. bonis volis, i. e. ut sic boni ha-*
berent quod melius aptaretur etc. 13 fuerit A | luctatio civi-
lis *Iudok*. 17 in ratione MA ratione in P 20 reddidit A

21 numen *Krauser* nomen AP 25 candidatis AP | sacer-
dotibus AP, em. *Scheffer* 26 consecutusque A, e. quoque
Orelli 27 non P: antea A

1 125. Tulit protinus et voti et consilii sui pretium
 res publica, neque diu latuit aut quid non impetrando
 passuri fuissetis aut quid impetrando profecissetis.
 quippe exercitus, qui in Germania militabat praesentisque
 Germanici imperio regebatur, simulque legiones, quae in 5
 Illyrico erant, rabie quadam et profunda confundendi omnia
 cupiditate novum ducem, novum statum, novam quaerebant
 2 rem publicam; quin etiam ausi sunt minari daturos se
 senatui, daturos principi leges; modum stipendii, finem
 militiae sibi ipsi constituere conati sunt: processum etiam 10
 in arma ferrumque strictum est et paene in ultimum
 gladiatorum erupit impunitas, defuitque, qui contra rem
 3 publicam duceret, non qui sequerentur. sed haec omnia
 veteris imperatoris maturitas, multa inhibentis, aliqua cum
 gravitate pollicentis, et inter severam praecipue noxiorum 15
 ultionem mitis aliorum castigatio brevi sopiit ac sustulit.
 4 quo quidem tempore ut pleraque ignovit Germanicus, ita
 Drusus, qui a patre in diversum plurimoque idem igne
 emicans incendium militaris tumultus missus erat, prisca
 antiquaque severitate usus ancipitia sibi maluit tenere 20
 quam exemplo perniciose, et his ipsis militum gladiis, qui-
 5 bus obsessus erat, obsidentes coercuit, singulari adiutore
 in eo negotio usus Iunio Blaeso, viro nescias utiliore in
 castris an meliore in toga: qui post paucos annos pro-
 consul in Africa ornamenta triumphalia cum appellatione 25
 imperatoria meruit. at Hispanias exercitumque *in iis cum*

1 et noti *Gelenius*: ut noti *AP* (ut uti ita c. *Burman*)
 6 rabiem quandam *A* 8 se *add. Orelli* 11 ultimum *P*:
 ultimam *MA*, ultima *Vossius* 15 et *add. Krause* (miti . .
 castigatione *J. Fr. Gronovius sine* et) | noxiorum *Gronovius*:
 nostrorum *AP* 17 ignovit *ed. Bipont.* ignaue *AP*, gnaue
Salmasius, egit gnaue *Ruhnck.* 18 Drusus *Gelenius*: Brutus
AP | in diversum plurimoq. idem *Madvig*: in id ipsum plurimo
 quidem *AP* 20 maluit tenere *Madvig*: timere *MA*, tam re
P; priorum conatus de loco nondum expedito v. apud *Kritz.*, pro
 tenere ipse malim audere 23 *Bleso AP* 26 at *A*: ad *M*,
 ac *P* | in iis . . cuius supplevit *Madvig*

M. Lepidus, de cuius virtutibus celeberrimaque in Illyrico militia praediximus, cum imperio obtineret, in summa pace et quiete continuit, cum ei pietas rectissima sentiendi et auctoritas quae sentielat obtinendi superesset. cuius curam ac fidem Dolabella quoque, vir simplicitatis generosissimae, in maritima parte Illyrici per omnia imitatus est.

126 Horum sedecim annorum opera quis cum inserta *sint* oculis animisque omnium, partibus eloquatur? 1
sacravit parentem suum Caesar non imperio, sed religione, 2
non appellavit eum, sed fecit deum. revocata in forum 2
fides, sumnota e foro seditio, ambitio campo, discordia curia, sepultaeque ac situ obsitae iustitia, aequitas, industria civitati redditae; accessit magistratibus auctoritas, 3
senatui maiestas, iudiciis gravitas; compressa theatralis seditio, recte faciendi omnibus aut incussa voluntas aut imposita necessitas: honorantur recta, prava puniuntur, 4
suspect potentem humilis, non timet, antecedit, non contemnit humiliorem potens. quando amona moderatior, 5
quando pax laetior? diffusa in orientis occidentisque tractus et quidquid meridiano aut septentrione limitur, pax 6
augusta [per] omnis terrarum orbis angulos a latrociniorum metu servat immunes. fortuna non civium tantummodo, sed urbium damna principis munificentia vindicat 4
restitutae urbes Asiae, vindicatae ab iniuriis magistratuum provinciae: honor dignis paratissimus, poena in malos sera, sed aliqua: superatur aequitate gratia, ambitio virtute: 8

3 et *add. Orelli* (in *notitia quæstæ Haase*) 4 *optinendi A*

8 *inserta sint P*: *inserta MA*, *insinuant Orelli*, *ut est 1*, 14, 1. 2, 16, 3 9 *partibus Fannius* in *partibus AP*

12 *sumnotae sunt Rheims*, [de foro] *Heinsius* 13 *veritas AP*

14 *sepultae P* (*non MA*) (*obsitae Burns*) (*oppositae MAP*, *correctae ex script. apud obsitae nostro quo*) 14 *magistratibus Gelenius*: *militibus AP*

15 *manentibus A* *ostēte correctores* 22 *per omnia omnia Fobini*: *om per omnia omnia?*

27 *sed aequa Lipsius*

- 5 nam facere recte civis suos princeps optimus faciendo
 docet, cumque sit imperio maximus, exemplo maior est.
- 1 127. Raro eminentes viri non magnis adiutoribus
 ad gubernandam fortunam suam usi sunt, ut duo Scipiones
 duobus Laeliis, quos per omnia aequaverunt sibi, ut di- 5
 vus Augustus M. Agrippa et proxime ab eo Statilio Tauro,
 quibus novitas familiae haut obstitit quominus ad multi-
 plicis consulatus triumphosque et complura eveherentur
 2 sacerdotia. etenim magna negotia magnis adiutoribus egent
 [neque in parvo paucitas ministeria defecit], interestque 10
 rei publicae quod usu necessarium est, dignitate eminere
 3 utilitatemque auctoritate muniri. sub his exemplis Ti.
 Caesar Seianum Aelium, principe equestris ordinis patre
 natum, materno vero genere clarissimas veteresque et in-
 signes honoribus complexum familias, habentem consularis 15
 fratres, consobrinos, avunculum, ipsum vero laboris ac
 fidei capacissimum, sufficiente etiam vigori animi compage
 corporis, singularem principalium onerum adiutorem in
 4 omnia habuit atque habet, virum severitatis laetissimae,
 hilaritatis priscae, actu otiosis simillimum, nihil sibi vin- 20
 dicantem eoque adsequentem omnia, semperque infra alio-
 rum aestimationes se metientem, vultu vitaque tranquil-
 lum, animo exsomnia.
- 1 128. In huius virtutum aestimatione iam pridem

1 principes *A* 4 usi sunt *A* 6 proxime *Scheffer*:
 maxime *AP* 7 haut obstitit *P* et in marg. *A*: aut stitit *A*
 8 consulatus *A* | triumphosque *excidit in ed. Orell.* | comp.
 eveherentur *Vascosanus*: complura enumerentur (complurae nu.
A) *MA*, complura enumerarentur *P* 10 neque . . defecit
AP, obelo notarunt *Vossius et Boeclerus*, atque impar capacitas
 ministeria deficit *Madvig*, neque in parva paucitas ministerii
 sufficit *Kreyssig*; aliorum conatus v. apud *Kritz*. 11 est *Ruhnke*.
 e (pro ē) *A*, et *P*, est et *Cludius*, est id *Bucretius* 12 mu-
 nire *AP* | Ti. *P*: T. *A*, item c. 129, 1 13 equestri *A*
 14 veteresque et insignis *P* (non *A*) 17 vigore animi con-
 page *A* 18 operum *Kreyssig* 21 eo quod *A* corr. ex eoq.
 | semperque *MA*: semper *P* 22 se metientem *P*: sencien-
 tem *A* 23 ex omnem *A* 24 virtutem aestimationem *M*

iudicia civitatis cum iudicis principis certant, neque novus
 hic mos senatus populique Romani est putandi, quod opti-
 mum sit, esse nobilissimum. nam et illi antiqui, qui
 ante bellum Punicum abhinc annos trecentos Ti. Cornu-
 canium, hominem novum, cum aliis omnibus honoribus
 tum pontificatu etiam maximo ad principale extulere fasti-
 gium, et qui equestri loco natum Sp. Carvilium et mox
 M. Catonem, novum etiam Tusculo urbis inquilinum, Mum-
 miumque Achaicum in consulatus, censuras et triumphos
 provexere, et qui C. Marium ignotae originis usque ad
 sextum consulatum sine dubitatione Romani nominis ha-
 buere principem, et qui M. Tullio tantum tribuere, ut
 paene adsentatione sua quibus vellet principatus concilia-
 ret, quique nihil Asinio Pollioni negaverunt, quod nobi-
 lissimis summo cum sudore consequendum foret, profecto
 hoc senserunt, in cuiuscumque animo virtus inesset, ei
 plurimum esse tribuendum. haec naturalis exempli imi-
 tatio ad experiendum Seianum Caesarem, ad iuvanda vero
 onera principis Seianum propulsi senatumque et populum
 Romanum eo perduxit, ut, quod usu optimum intellegit,
 id in tutelam securitatis suae libenter advocet.

129. Sed proposita quasi universa principatus Ti. 1
 Caesaris *forma* singula recenseamus. qua ille prudentia
 Rhascupolim, interemptorem fratris sui filii Cotvis con-
 sortisque eiusdem imperii, Romam evocavit! singulari in
 eo negotio usus opera Flacci Pomponii consularis viri,
 nati ad omnia, quae recte facienda sunt, simplici-
 que vir-

3 *antiqui ante P, primi ante A, illi Romani, qui a
 Erbkloch. 4 T. Cornucanum P (non MA). 5 honoribus
 pontificatum A. 7 qui Erbkloch: equo A, om. P. 12 Tullio
 Lycopio Fulvio AP. 15 principatum Kyeyoy | contharet A.

18 iuvanda v. onera Claudius, iuvanda v. opera Kyeyoy.
 19 propulsi *Andalicia*: protulsi AP, propulsi Claudius. 20 per-
 duxit P, produxit MA. 24 *forma* vult Rhenanus. 24 Cuius
 A, Cotys P. 25 Romam *Urbem*: formam MAP, om. Buer-
 ut ex versu 20 huc transportum. 26 opus A. 27 *art.* quae
 facienda sunt, recte facienda.

2 tute merentis semper, numquam captantis gloriam. cum
 quanta gravitate ut senator et iudex, non ut princeps,
 causam Drusi Libonis audivit! quam celeriter ingratum
 et nova molientem oppressit! quibus praeceptis instructum
 Germanicum suum imbutumque rudimentis militiae secum 5
 actae domitorem recepit Germaniae! quibus iuventam eius
 exaggeravit honoribus, respondente cultu triumphi rerum,
 3 quas gesserat, magnitudini! quotiens populum congiariis
 honoravit senatorumque censum, cum id senatu auctore
 facere potuit, quam libenter explevit, ut neque luxuriam 10
 invitaret neque honestam paupertatem pateretur dignitate
 destitui! quanto cum honore Germanicum suum in trans-
 marinas misit provincias! qua vi consiliorum suorum, mini-
 stro et adiutore usus Druso filio suo, Maroboduum inhae-
 rentem occupati regni finibus, pace maiestatis eius dixerim, 15
 velut serpentem abstrusam terrae salubribus consiliorum
 suorum medicamentis coëgit egredi! quam illum ut hono-
 rate, sic secure continet! quantae molis bellum principe
 Galliarum ciente Sacroviro Floroque Iulio mira celeritate
 ac virtute compressit, ut ante populus Romanus vicisse se 20
 quam bellare cognosceret nuntiosque periculi victoriae
 4 praecederet nuntius! magni etiam terroris bellum Africum
 et cotidiano auctu maius auspiciis consiliisque eius brevi
 sepultum est.

1 130. Quanta suo suorumque nomine extruxit opera! 25
 quam pia munificentia superque humanam evecta fidem
 templum patri molitur! quam magnifico animi temperamento
 Cn. quoque Pompei munera absumpta igni restituit! quid-

1 numquam *Orelli*: quam *AP* | quanta cum *Krause*
 3 causam Drusi Libonis audivit *Madvig*: et causas pressius
 audit *AP* 7 respondentem *MA* 13 vi cogitationum sua-
 rum *Orelli* 16 terra *Cludius* | cons. suorum *obel*o notavit
Ruhnken 18 sic *Burman*: nec *AP* (et hon. nec s. *Gelenius*)
 19 sacro viro floreque *A* | Iuliis *Ruhnken*. coll. *Tac. Ann.*
 3, 40 20 se *om. A* 23 cottidiano *AP* 25 suo *Acidalius*:
 sua *AP* 28 quicquid enim unquam *Haase*: qui quidem
 quam *AP*

quid enim unquam claritudine emnuit, id veluti cognatum censet tuendum. qua liberalitate cum alias, tum 2 proxime incenso monte Caecho omnis ordinis hominum iacturae patrimonio succurrit suo! quanta cum quiete hominum rem perpetui praecipuique timoris, supplementum, sine trepidatione dilectus providet! si aut natura 3 patitur aut mediocritas recipit hominum, audeo cum deis queri: quid hic meruit, primum ut scelerata Drusus Labo uuret consilia? deinde ut Silum Pisonemque tam *infestos* 4 *haberet*, quorum alterius dignitatem constituit, auxit alterius? ut ad maiora transcendam, quamquam et haec ille duxit maxima, quid, ut iuvenes amitteret filios? quid, ut nepotem ex Druso suo? dolenda adhuc retulimus: vendendum ad erubescenda est. quantis hoc triennium, M. Vinici, 5 doloribus laceravit animum eius! quam diu abstruso, quod naserrimum est, pectus eius flagravat incendio, quod ex nuru, quod ex nepote dolere, indignari, erubescere coactus est! cuius temporis aegritudinem auxit amissa mater, eminentissima et per omnia deis quam hominibus similior 6 femina, cuius potentiam nemo sensit nisi aut levatione periculi aut accessione dignitatis.

131. Voto finendum volumen est. Iuppiter Capito- 1 line, et auctor ac stator Romani nominis Gradive Mars, perpetuorumque custos Vesta ignium et quidquid numinum 2 hanc Romani imperii molem in amplissimum terrarum orbis fastigium extulit, vos publica voce obtestor atque precor: custodite, servate, protegite hunc statum, hanc pacem, *hunc principem*, eique functo longissima statione 3

3 Caechis A. Caechi P. 6 dilectus P. 7 audeo non dicitur Heinsius: audeo deo equa de his AP. 9 infestus, quoniam supplet Bursium, cf. edit. Kritz. 12 dixit AP. cum *Itenerans*. 13 Druso non Bursi. Druso M, Druso AP. 14 ut M. A. cum P. Vinici M. 17 dolere A. indignari M. A. cum P. 18 aegritudinem A. 22 ut *Uelle*, ut AP. Iuppiter P. 23 ac M. et AP. ac Stator, et auctor Paternus. 24 numinosa hanc B. P. numinosa hanc cum M. A. 25 hunc principem add. Lipsius (Vestae ac pro p. hanc pacem atque)

mortali destinate successores quam serissimos, sed eos, quorum cervices tam fortiter sustinendo terrarum orbis imperio sufficiant, quam huius suffecisse sensimus, consiliaque omnium civium aut pia *iuvate aut impia confringite*.

5

1 eos *P*: eorum *A* 4 iuvate . . confringite *supplerimus*; similiter *Vossius*: aut pia fovete aut impia opprimite; de defectu *Rhenanus* p. 70 haec prodidit: videtur hic parum deesse in hac peroratiuncula *voticia*; nam in exemplari versus aliquot erant erasi.

RERUM INDEX.

- Accius tragicus 1, 17, 1 2, 9, 3
 Acerantia civitas data 1, 14, 4
 Achaei ex Lavencia pulsi 1,
 3, 1. a Metello Maced. fusi
 1, 11, 2 12, 1. a L. Mun-
 tino devicti 1, 13, 1. Achaei
 ad Pontum Euxinum 40, 1.
 Achaea ab Achaeis occupata
 1, 3, 1. fracta a Metello Ma-
 cedonico 1, 12, 1. provincia
 facta a L. Murena 1 13, 2
 2, 38, 5. Achaea provinciae
 2 23, 2 101, 3. Sex. Papi-
 nian concessa 77, 2.
 Achaicus L. Murenae cogno-
 minatus 1, 13, 1 2, 128, 2.
 Aekilla Pompei necandae actor
 53, 3. 54, 1.
 Achilles auctor matris gene-
 ris Alexandri M. 1, 6, 5.
 Achilles Pyrrhi Eparetici pa-
 ter 1, 1, 1.
 Aedilium Manlius 2, 8, 2.
 Aetiarum bellum 86, 4. 88, 1.
 Aetium 84, 1. praedium apud
 A. 85.
 Aedius C. Cassares vulnerat
 in Ardenia 102, 2.
 Adriaticum mare 2, 45, 1.
 Aetolianensis 2, 16, 2.
 aediles ex marmoribus a Metello
 Macedonico prima exstructa
 1, 11, 5.
 aediles sex milibus HS. con-
 ductae a censoribus creatum
 datae 2, 10, 1. Vellei tempori-
 lum senatorum vix dignae *id.*
 Aefalum colonia deducta 1,
 14, 8.
 Aegaei maris insulae ab Igni-
 bus occupatae 1, 4, 3.
 Aegrotus 70, 4.
 Aegisthus frater patris Agamemnonis 1, 1, 2 sq.
 Aegyptium maris 53, 2.
 Aegyptus ab Augusto depen-
 dentia facta 59, 2. cum patre
 Pompeius 53, 1.
 Sex. Asinae Cato consul (n.
 o. Varr. 757-103, 3.
 L. Asinae Lamia 116, 3.
 L. Asinae Scipio aditus prin-
 cipalium onerum a Tibero
 ademptus 127, 3 128, 4.
 ovis generis et ingenium 127,
 3 sq.
 M. Asinius Lepidus augur a
 censoribus ab aedilium pretio
 restatus 2, 10, 1.
 M. Asinius Lepidus triumvir
 R. C. 88, 1. pontifex max.
 in Cassarea locum facto crea-
 tus 63, 1. Hispania ab de-
 creta in Gallia mactatur ab
 postuma Imperator 63, 1. 80,
 1 sq. resp. Antonium ex bello
 Mutinensi profugum 63, 1.
 kusta deducta 64, 3. anno

- Antonio proscriptionem instaurat 66, 1. fratrem Paulum proscribit 67, 3. triumphans irridetur *ib.* 4. ab Octaviano ex Africa ad bellum contra Sex. Pompeium arcessitus dignitate spoliatur 80, 1 sqq. Iuniae M. Bruti sororis coniux 88, 1. eius ingenium 80, 1.
- M. Lepidus, f. eius, Augusti interficiendi consilio capto a Maecenate opprimitur 2, 88. eius uxor Servilia se interimit *ib.* 3.
- M. Lepidus bello Illyrico a Tiberio hibernis praefectus 114, 5. eius laus *ibid.* triumphalia meretur 115, 2 sq. Hispanias in pace continet 125, 5.
- L. Aemilius Paulus ad Cannas perit 1, 9, 3.
- L. Aemilius Paulus, f. eius, Persen regem devicit 1, 9, 3. 2, 38, 5. 40, 3. eius laus et triumphus 1, 9, 3. 5 sq. 12, 3. 2, 5, 2. eius IV filii 1, 10, 3 sqq. eius dictum memorabile 1, 10, 4.
- L. Aem. Paulus a Lepido III viro fratre proscriptus 67, 2.
- Aem. Paulus censor (u. c. 732) cum Planco 95, 3.
- Aemilius Sura de annis pop. Rom. 1, 6, 6.
- Aenaria insula 2, 19, 4.
- Aeoliorum coloniae in Asia 1, 4, 4.
- aerarium e manubiis auctum ab Aemilio Paulo 1, 9, 6. a Pompeio M. 2, 40, 3. a Iulio Caesare 2, 39, 2. 56, 2. ab Augusto 39, 2. in aer. pecuniae publicae a C. Sentio Saturnino regestae 92, 2.
- Aeschylus tragicus 1, 16, 3.
- Aesernia colonia deducta 1, 14, 8.
- Aesulum v. Aefulum.
- Aetolia subacta 38, 5.
- L. Afranius togatis comoediis clarus 2, 9, 3. Terentii fere aequalis 1, 17, 1.
- L. Afranius legatus Pompei M. in Hispania 48, 1. 50, 4. Africa 1, 2, 4. 12, 3. 15, 4. 2, 4, 2. 11, 2. 19, 4. 40, 4. 53, 1. 55, 1. 80, 1. 116, 2 sq. 125, 5. primum intrata a Regulo, a Scipione Aemiliano provincia facta 2, 38, 2.
- Africanus v. Cornelius Scipio.
- Africum bellum 54, 2. (Tae-farinatis) 129, 4. A. triumphus Caesaris apparatus ex ebore 56, 2.
- Africus ventus Octaviani classem lacerat 79, 3.
- Agamemnon tres urbes in Creta condidit 1, 1, 2. occiditur *ib.*
- M. Agrippa 59, 5. 69, 5. eius ingenium et mores 79, 1. classem Octaviano contra Sex. Pompeium parat 79, 1 sq. apud Mylas prospere, improspere ap. Tauromenium pugnat *ibid.* 4 sq. exiit Pompeium navibus *ib.* 5. classica corona primus donatus 81, 3. Leucadem, Patras, Corinthum expugnat et Antonium bis classe superat 84, 3. praestitit classi apud Actium 85, 2. Augusto carus et eius adiutor 88, 2. 90, 1. 127, 1. ad consulatum III. et tribuniciam potestatem evectus 90, 1. Hispanias pacat *ibid.* ob offensiones cum M. Marcello in Asiam secedit 93, 1 sq.

- reversus Iulianus, Augusti
 Elam, uxorem dicit *ibid.* in-
 statur 96, 1. homo novus *ibid.*
 et 127, 1. eius filii 96, 1. Pan-
 nonicum bellum ab eo in-
 chuctum *ibid.* 2.
- M. Agrippa Postumus, f. eius,
 ab Augusto adoptatus 104, 1.
 112, 7. nuntium Augusti sibi
 alienavit 112, 7. uxoris *ibid.*
- Alba 1, 11, 1. colonia deducta
 1, 14, 5.
- Albania 2, 49, 1.
- Aliae fines Sempronius et Her-
 mundurum praeterfluit 106,
 2. ex clavis Rem. ex Oceano
 subvertit *ibid.* 3.
- Alcmaeonidius archontum
 Athen. perpetuum 1, 8, 3.
- Alcman poeta 1, 18, 2.
- Aloua a Caesare capta 2, 47, 1.
- Altes, f. Hippotes, sextus ab
 Hercule 1, 3, 3. 13, 1.
- Alexander M. genus ab Her-
 cule et Achille deducebat 1,
 6, 5. eius statua a Lysippo
 efficta 1, 11, 4. ebrietati et
 iracundiae deditus 2, 41, 1.
- Alexandria 1, 10, 1. 14, 3.
 2, 53, 1. 82, 4. 87, 1.
- Alexandrinum bellum 88, 1.
- A. tironi C. Caesaris appa-
 ratus e testudine 56, 2.
- Aliae castellum Germaniae
 120, 4.
- Allobroges 2, 10, 2.
- Allobrogicus e Falais.
- Alpes 2, 6, 2. 63, 1. 105, 3.
 feris nationibus celebres 50, 1.
 finem Italiae terminant 109, 4.
- Alsum colonia deducta 1,
 14, 8.
- Altinum oppidum 76, 2.
- ambitus a Pompeio M. coer-
 citus 47, 3.
- ammonia, olim Athena de-
 creta, a Cicerone renovata
 58, 2.
- T. Anipus trib. pl. de Pompeio
 homicidio legem tulit 2, 46, 4.
- Amynias rex (colchiae) ab An-
 tonia ad Octavianum trans-
 fugit 84, 3.
- Anchises Iuliae gentis auctor
 41, 2.
- Andros insula ab Iombis oc-
 cupata 1, 4, 3.
- L. Anser de Gentio regi
 Illyricum triumphat 1, 9, 5.
- Anna Cinnac uxor deinde M.
 Pisonis 2, 41, 2. ab hoc in
 Sulla gratiam dimissa *ibid.*
- T. Annus Milo trib. pl. Cice-
 ronem exulem restituit 45, 3.
 candidatus consulatus P. Clodii
 interficit 47, 4. Pompeio
 M. voluntate damnatus *ibid.*
 tumultu in Italiae motu in
 oppugnatione Campanae inter-
 mititur 68, 1 sq. eius miles
ibid.
- annona gravis Romae per Sex.
 Pompeium 77, 1. levata a
 Tiberio quaestore 94, 3. mo-
 deratur sub Tiberio principe
 126, 3.
- Antiochum bellum 2, 89, 2.
- Antiochus Epiphanes Olym-
 piam Athenis inchoavit 1,
 10, 1. Ptolemaeum (Philo-
